RESPONSUM JURIS,

IN ARDUA ET GRAVI QUADAM CAUSA,

CONCERNENTE PROCESSUM QVENDAM, CONTRA SAGAM, NVLLITER Institutum, & inde exortam diffamationem.

UBI QUÆSTIONES QUÆDAM, DE NOCTURNIS SAGARUM CONVENTICULIS, SALTATIONIBUS, USURPATIONE ſupellectilium piorum in illis, tranſmutationibus perſonarum in alia animalia, confeſſionibus, aſſertionibus & denuntiationibus, exactè examinantur, & requiſita totius Proceſſus Criminalis proponuntur,

ANNEXIS ALIIS QVIBVSDAM, AD PRÆSENTEM facti ſpeciem, pertinentibus Quæſtionibus, ſolidè enucleatis.

Impertitum GIESSÆ à JCTO quodam in Anno 1621.

M. DC. XXX.

MARPVRGI CATTORVM,
Typis & Sumptibus NICOLAI HAMPELII, Acad. Typogr.

24244.205

HARVARD COLLEGE
DEC 7 1921
LIBRARY

Kittredge fund

Ad Reverend. & Nobiliſſimum Virum,

DN. JOHANNEM LUDOVICUM ABHAGEN,

S. Cæſ. Majeſt. Conſiliarium, & in re Libraria Commiſſarium Generalem, Decanum ad D. Leonhardum in Imperiali Froncofurtenſium Civitate longè Spectatiſſimum,

Mœcenatem ac Patronum meum reverenter ſuſpiciendum.

NOnnullorum perverſitatem ingeniorum, Reverend. ac Nobiliſſime Domine, patrone ſummopere colende, quibus hoc ævi candida infuſcantur, ex nigris atra fiunt, & omnia in pejus ruentia velut alto ex ponte in horrendam extremarum calamitatum voraginem præcipitantur, oculis intentis acriùs contemplanti mihi in mentem *Horatianum* illud venire ſolet:

Damnoſa quid non imminuit dies?
Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Bella profectò gradatio, ſi ad Rhetoricam; dulce metrum, ſi ad Poëticam; ſed tenue cujuſvis ævi encomium, ſi ad rem ipſam oculorum aciem deflecto. Imò

Turpe quidem dictu, ſed ſi modò vera fatemur,

Horatiano illo oraculo nihil verius ex tripode profectum eſſe jurare auſim; cumprimis quoties de peſtilentiſſimi ſagarum examinis (quo ferè omnes urbes, omnes pagi, omnes vici bombiſant) fabulis aures mihi calent: ut parum abſit, quin in eam abeam ſententiam, ut, quod quondam in Plauti Truculento in medium allatum fuit de lenonibus & ſcortis, nimirum quòd eorum plus eſſet ferè, quàm olim muſcarum, cùm caletur maximè; hodie de Sagis non injuria dici poſſe exiſtimem. Quas enim tragœdias ex vicinis diœceſibus, principatibus & Comitatibus Sagas ſupplicio afficientibus viatores ad nos non afferunt? Quem execrabilium facinorum commemoratione in horrorem non trahunt? Quis Stoicos adeò rigidè æmulari didicit, ut deteſtabilibus, quæ quotidie in vulgus emanant & diſpaleſcunt, exemplis non commoveatur, & aut in admirationem, aut in commiſerationem, aut in ſtuporem, aut in ſeculi fatalibus & Lemniis malis ſqualentiſſimi ludibrium non rapiatur? Res procul dubio & periculi & opprobrii pleniſſima & talis eſt, quæ meritò cordatos & minimè de vulgari fæce viros variè afficit, vario ſolicitudinis flabro quaſſat, & in varias cogitationes diſtractos mirificè macerat. Non enim in pullaſtros, non in titivilitium, non in hectas, non in quiſquilias faba iſta cuditur: ſed hominū Jeſu Chriſti

ſanguine

sanguine redemtorum saluti chorda tenditur: circa amphitheatrum interim

More lupi clausas circumeuntis oves

voraciſſimum rictum Acheruntico pandente leone, rugiente & ſtrenuè inveſtigante, quem technis expugnatum, glaucomatis excæcatum, fallaciis & conſutis dolis in tranſennam ſeductum Tartareis divexandum objiciat cruciatibus. Cùm verò infernalis tyrannus non ſolùm ſceleſtæ fraudis omniumq; ſcelerum veriſſimus architectus ſit, verùm etiam, Sacro-ſancto Bibliorum Codice teſtimonium perhibente, ingente excellat robore; non immeritò vires ejus, quas in omnium miſerrimis &(ſi Plauti vocula uti licet) occiſiſſimis Sagis circumveniendis quotidie exerit, ſimulataque ſub familiaritate, eas & hujus, & æternæ vitæ exhæredes facit, ſuſpectæ, non imi ſubſellii hominibus in cauſa fuere, ut cùm eis ſuboluiſſet, Reſponſum hoc Juris à celebri aliquo JCto tanquam non degenerem ingenii fœtum in ſcrinio reſervati, mihi vehementer inſtarent, ne gravarer manibus pedibusq; laborare, donec ab auctore impetrarem, ut Typis meis excuſum in publicum prodiret. Voti mei tandem compos factus multorum exſpectationi in materia hac gravi & hodie (proh pudor!) vulgatiſſima, imò & compotorum, & tonſorum & lipporum & quorumvis ſermone comminutiſſimâ ſatisfacio. Sed cum Auctoris Amplitudini minimè moleſtum fore intelligerem, ſi Reſponſum hoc multis deſideratiſſimũ, ex Patronis meis alicui, ſub cujus umbone in publicum prodiret, dedicarem: Tuam, Reverende ac Nobiliſſime Domine multisque nominibus mihi colende patrone, Dominationem ob beneficia, quæ propter Reipub. literariæ ſalutem provehendam magnificè in me hactenus contulit, principem tueri locum deprehendi, Tuæq; ſublimitati me potiſſimum debere exiſtimavi, ut Tuam in me Magnificentiam hujus Reſponſi Dedicatione Publicè teſtatam facerem, debitæq; gratitudinis ſaltem argumẽtum ſub dium efferrem; non ignorans, comico etiam teſte, eum malum eſſe hominem, qui beneficia ſcit ſumere, ſed reddere neſcit. Lubens omitto, quòd nemo æquè ac Tua Reverend. Nobiliſſimaque Dominatio, cujus eximia in rebus arduis judicandi dexteritas jam toti Imperio Romano ubivis innotuit, æquiſſimus tantæ gravitatis æſtimator & cenſor, viperarumque, ſi qui genuini veneni exhalatione in Reſponſum hoc ſævire non erubeſcerent, moroſis conatibus fortiter obviàm procedere calleat. Quamobrem triumpho ſi Reverend. & Nobiliſſimæ Dominationi Tuæ, cui me ſummiſsè commendatum volo & percupio, Dedicationem hanc haut diſplicuiſſe intellexero; unicè habens in votis, ut in mei bonorumque multorum patrocinium Deus Rev. & Nobiliſſ. Dm. Tm. diutiſſimè ſoſpitet & ſervet. Dedit Marpurgi 9. Martii. Anno Christi 1630.

Reverendæ ac Nobiliſſimæ Dominationis T. obſervantiſſimus cliens

Nicolaus Hampelius, Academ. Typogr.

SUMMARIA.

1. *Omnia quæ bene & dextrè geruntur divino Nomini asscribenda.*
2. *Ratio instituti Dominorum Consulentium.*
3. *Necessitas respondendi de jure.*
4. *Veritatis & justitiæ favor, rebus omnibus antiquior & in nullius hominis gratiã negligẽdus.*
5. *Maximè ubi de Fama bonorum & præsertim Nobilium agitur.*
6. *Quod flores illibati in pratis, id Nobilium familiæ in repub.*
7. *I. Quæstionis Cap. I. de Nocturnis Lamiarum & Dæmonum saltationibus, &c. Et quare quæstio illa, ob Diaboli astutias difficilis.*
8. *Sententia affirmantium veros & personales conventus, ejusq; auctores recensentur.*
9. *I. Ratio ab innumeris ipsarum Lamiarum confessionibus.*
10. *Confessionis vis & efficacia.*
11. *Pluralitas & conformitas plurium unanimiter confitentium, rem facit certam & indubiam.*
12. *Concors depositio, non solùm in ipso facto, sed etiam in circumstantiis multum operatur.*
13. *Experientia rerum omnium Magistra.*
14. *Exempla rem declarant & quasi digito ostendunt & tactui subjiciunt.*
15. *Legitimum quandoque ab exemplis sumitur argumentum.*
16. *Rei judicatæ quæ sit auctoritas, & num.* 17. *usque ad* 23.
24. *Diabolo possibile est, homines, maximè sibi addictos, de loco in locum transferre, idq; exemplis illustratur.*
25. *Diabolus ipsum salvatorem assumpsit, & supra templi pinnaculum statuit.*
26. *Dæmones in naturalibus nudis, non infirmiores bonis angelis.*
27. *Angeli boni possunt hominem portare & vehere per aëra.*
28. *Diabolus se adorari desiderat ut Deus.*
29. *Sagarum confessiones de adoratione Diaboli in forma hirci.*
30. *Argumentum à verisimili, quid in jure operetur, & nu.* 31. 32. 33.
34. *Diabolus Simia Dei, non solum quoad affectum cultum, sed etiam quoad modum colendi.*
35. *In omni actu realitas & veritas potius quã fictio præsumitur.*
36. *Duæ fictiones circa eandem rem & personam non tolerantur.*
37. *Sagæ plerumque personaliter paciscuntur cum Dæmone, cum abjuratione SS. Trinitatis, certis quibusdam adhibitis solennibus.*
38. *Ex primordio negocii posterior formatur successus.*
39. *Personæ quæ in nocturnis saltationibus Lamiarum conspiciũtur cum verè adsint, consequẽs est eas quæ in tali convẽtu conspiciuntur, Sagas & Magicis artibus adductas esse.*
40. *Auctores corporalem Lamiarum evolationem regulariter statuentes recensentur.*
41. *Sanior & verior sententia contraria.*
42. *In opinionum conflictu, securus navigat qui cum textu navigat.*
43. *Quorundam Theologorum & ICtorum distorta responsio ad cap. Episcopi* 26. q. 5.
44. *Intellectus illius capit.*
45. *Diabolus multos & infinitos habet fallendi homines, modos.*

46. Lamiæ Divinitatis aliquid tribuunt Satanæ.
47. Ratio legis eam extendit, & n. 48.49.50. Et sicut genus complectitur omnes species, ita ratio in lege expressa, omnes casus, n. 51.
52. In claris standū textui nec adhærēdum glossis.
53. Interpretatio in claris redolet calumniam, num. 54.55. (paleas.
56. Bodinus & alii d. cap. Episcopi referunt inter
57. Impugnant Concilii Anquirensis auctoritatē.
58. Negatur hoc cap. referri inter Paleas.
59. Concilium Anquirense defenditur.
60. Pontificis Romani primatus quando ceperit?
61. Aliter impugnatur dictum Concilium.
62. Iuris Canon. Capitula auctoritatem habent à Pontifice, undecunque desumpta sint.
63. Iuris Canonici auctoritas in terris Imperii recepta, maximè in causis concernentibus conscientiam & res spirituales.
64. n. 65. Vbi limitatur & declaratur.
66. Status Augustanæ Confessionis certo modo observant Ius Canonicum.
67. Improbatur eorum sententia, qui omnes Sagarum conventus & actiones imaginarias esse defendunt & propterea non adeò severè in eas animadvertendum.
68. Congregationes nocturnas Sagarum ut plurimum fieri illusoriè.
69. Defenditur hæc sententia à ratione naturali.
70. Natura principiis non convenit, ut corpus penetret per spacium improportionatum.
71. Experimenta verorum sermonum debent concordare cum rebus sensatis.
72. Aptitudinis actus præsupponendus in quolibet supposito, & termini habiles.
73. Sagarum confessiones, de transmutatione corporum in feles & alia animalia.
74. Essentiæ rerum immutabiles.
75. Virtutem transformandi unam creaturam in aliam unius & solius Dei virtus est.
76. Augustini ea de re sententia.
77. Verius est Sagas plerumque post inunctionem Satanitam, phantasticè quàm verè transferri ad conventus.
78. Cardani de singulari unguento traditio.
79. Keckerm. de Phantastica Sagārum illusione.
80. Exempla observata, mulierum conspectarum in choreis, quæ tamen revera domi & apud maritos fuerunt.
81. Puella de qua in hoc responso agitur ineptæ & stolidæ confessiones.
82. Demortui non verè comparent in conventibus Sagarum, cum virtus resuscitandi mortuos soli Deo competat. Hæreticum est illud Diabolo tribuere, eod. num.
83. Exemplum Samuelis demortui apparentis Sauli, adfertur.
84. Non verum Samuelem, sed Diabolum in ejus forma Sauli apparuisse, defenditur ex Iure Canonico & aliis rationibus.
85. Augustini & Martyris ea de re sententia.
86. Diabolus quomodo Sauli verum prædixerit & quo fine quandoq; verum prædicat.
87. De futuris plerumq; Diabolus ambiguè respondit.
88. Opponitur locus Syrac. 46. v. fin.
89. Liber iste non est Canonicus.
90. Veritas modicis & paucis, solidis tamen rationibus contenta est. Ratio una fortior vincit plures, eod. num.
91. Auctores hujus posterioris sententiæ adferūtur.
92. Glossæ auctoritas alias antecellit.
93. A glossa, tanquam communi non facilè in Iudicando receditur, maximè si cum textu transit.
94. Augustini, Lutheri, Melanthonis & aliorum auctoritates adferuntur, & n. 95.96.97.
98. Res non accipit veritatem à Lamiarum & aliorum confessionibus.
99. Spontanea confessio in criminalibus non sufficit, nisi aliunde de delicto constet.

100. *Sagarum confeßiones proficiſcuntur ab illuſis à Diabolo.*
101. *Deſtructo conſequẽti, deſtruitur antecedens.*
102. *Sagarum actiones ſimiles furioſis.*
103. *Error confeßionis probatur, aliter ſe rem habere probando. Et in criminalibus etiam per præſumptiones & conjecturas, n.*104.
105. *Confeßiones quando rei judicatæ auctoritatem obtineant pro veritate habeantur.*
106. *Multitudo Lamiarum in confeſſionibus concordantium non multum attendenda.*
107. *Multitudo errantium non facit errori patrocinium.*
108. *Diabolus ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum Achab.*
109. *Experientia quæ fragili & fallaci exemplorum nititur inductione & contingentia, non præcisè attendenda.*
110. *Data vel una inſtantia corruit argumẽtum ab experientia.*
111. *Exempla ad juris conſtituti exiſtentiam arguendam proſunt quidem, jus tamen non faciunt.*
112. *Ratio præſertim naturalis, lege deficiente pro ea concludit.*
113. *Ratio naturalis clypeus ſub quo tegitur omne jus noſtrum.*
114. *Iudici fas non eſt exempla ſequendo contra jus ſtatuere.*
115. *Sententia lata ſuper juris & facti errore ipſo jure nulla, uti & ratione manifeſtæ iniquitatis, num.eod.*
116. *Sententia nulliter lata, non tranſit in rem Iudicatam, & n.*117.118.
119. *Res Iudicata verum mutat in falſum non eſſentialiter ſed quoad effectum.*
120. *Veritatis eſſentia immutabilis, eſt enim murus inexpugnabilis. Et ei tanquam matri Iuſtitiæ omnia cedunt, n.*121.
122. *Plus uno verum eſſe non poteſt.*
123. *Poſt rem judicatam, licet non detur probatio, ſi tamen probata ſit in contrarium veritas, retractanda eſt.*
124. *Res Iudicata non facit ius inter omnes, ſed tantùm inter illos, inter quos judicatum.*
125. *Rerum judicatarum auctoritas & exempla probant, non verò inducunt conſuetudinem, & num.*126.
127. *Diabolus Dei permiſſu poteſt homines, maximè ſibi deditos, in altum tollere.*
128. *Non negatur Lamias quandoq; corporaliter poſſe deferri à Diabolo ad loca chorearum.*
129. *Exemplum refertur ex Bodin.*
130. *Verum corpus diſparere & evaneſcere nullo modo poteſt.*
131. *Diabolus à ſuis affectat cultum adorationis, ſed eo quo poteſt & ſibi commodum eſt, modo.*
132. *Diabolus ſimia Dei affectu, non effectu deceptor & mendax, n.*133.
134. *Diſpoſitioni & præſumptioni Iuris, & de Iure, reliquas faſces ſubmittere oportet.*
135. *Diabolus non ſemper perſonaliter, ſed quandoq; per internuncios paciſcitur cum Sagis, unde nata diſtinctio inter tacitam & expreſſam profeßionem, n.*136.
137. *Ex præcedentibus infertur, nihil fidendum nudis Lamiarum aſſertionibus.*

II. Caput I. Quæſtionis.

138. *Omnia quæ ſub cælo ſunt, ſua eſſe Diabolus jactat, & num.* 139. *Dicitur Princeps mundi, num.*140. *Privat S.Iobum omnibus fortunis, n.*141. *Exemplum refertur Scyphorum aureorum à Diabolo ſublatorum, n.*142. *tribuit ſuis divitias, exemplum refertur memorabile, n* 143.
144. *Diabolum ſine ſingulari permiſſione divina, non poſſe res & ſupellectilia fidelium pro lubitu auferre, & iis in choreis ſuis & conventibus abuti.*
145. *Deus cur diſtincta voluerit eſſe rerũ dominia.*

146. *Diſtin-*

146. *Distinguitur inter opera Diaboli, quæ ex generali, & quæ non nisi ex speciali Dei permissione facit.*

147. *Explicantur verba Iobi, cap. 41.*

148. *Terra & plenitudo ejus Domini est.*

149. *Satanas quo sensu Princeps mundi, n.150. & 151.*

152. *Diabolus sine permissione Dei, ne quidem pediculos producere potest, & nec in porcos potestatem habet, n.153. & 154.*

155. *Diabolus suis quandoq; plerunq; tamen falsas tribuit divitias, & unde eas accipiat, n.156. & 157.*

SECUNDA QUÆSTIO.

158. *Fama quid, n.159. Quomodo lædatur, n.160 & 161.*

162. *Sagæ & Venefi æ infamibus annumerantur, junct. n.163. & 164.*

165. *Testis de auditu, licèt non plenam probationem, præsumptionem tamen facit. Et in delictis occultis & exceptis velut veneficii plenam probationem, n.166.*

167. *Diabolus præteritorum optimè recordatur.*

168. *Plena notitia habetur per visum & auditum, & n.169.*

170. *Lamiæ asserenti se vidisse aliquem in nocturnis conventibus, non solùm ad effectum inquirendi, sed etiam torquendi non creditur.*

171. *Diabolum non posse præsentare personas honestas in suis conventibus, nec famam nostram in ejus esse potestate, n.172. & 173.*

174. *Confessiones spontaneæ, mediante tortura repetitæ, probant contra tertium.*

175. *Confessiones per terrorem elicitæ illis æquiparantur.*

176. *Geminatio errorem excludit, magna ejus vis, n.177. Maximè in Lamiarum confessione, n.178.*

179. *Confessiones ad banchũ juris factæ & morte confirmatæ, multum probant. Et n.180.*

181. *Probatio sufficiens quæ inducit Iudicem ad credulitatem.*

182. *Diffamatio unde oriatur spectandum.*

183. *Iudex vir bonus.*

184. *Fama non ex rumore sed delicto læditur.*

185. *Delicta maximè gravia non præsumuntur, num. 186. 187. 188.*

189. *Pro Nobilibus major præsumptio, & n.190. 191. 192. 193.*

194. *Principi & majoris lucis dignitate præfulgenti magis creditur.*

195. *Vitæ integritas & honestas, sinistram famam expurgat & Indicia tollunt, n.196.*

197. *Bona vita, bona mors,* wol gelebet/wol gestorben.

198. *Timenti Dn. bene erit in extremis.*

199. *De nostra salute judicamus ex Canone fidei, de proximi, ex canone charitatis, tanquam ex fructibus de arbore.*

200. *Rarò in fine conversio seria.*

201 *Diffamatio quæ Iudici viam inquisitionis aperit, non à levibus, sed fide dignis fieri debet.*

202. *Perditorum hominum vox bonorum famam non lædit.*

203. *Fæmineus sexus, fragilis, varius, fallax.*

204. *Fæmina de Iure Can. in criminalibus veri fidem non facit, maximè malè & perditè educata, n.205.*

206. *Minor 20. annis, in criminalibus non est testis. Et datur ei contra propriam confessionem sine curatore in criminali Iudicio factam restitutio, n.207.*

208. *Testis inhabilis assertio, perinde habetur ac si facta non esset.*

209. *Obsessorum indicia, & n.210.*

211. *In dubio præsumptiones secundùm communiter accidentia formantur, n.212.*

213. *Argumentum à solitis validũ & usitatum, num. 214. 215.*

216. *Facti quæ sunt, non præsumuntur. Neque mutatio*

mutatio velut accidens, num. 217. 218.
219. *De præteritis in præsens præsumitur.*
220. *Iuris præsumptiones instar documenti.*
221. *In dubiis in benigniorem sententiam propendendum.* (*mere.*
222. *Benignius pro obsessa, quam pro Saga præsu-*
223. *Obsessio etiam fidelibus actu accidere potest, in quos Magia non cadit.*
224. *Obsessio potest esse delicti in foro soli exclusiva: Magia verò non item.*
225. *Præsumptiones delicti exclusivæ præferuntur inclusivis. Et n.*226. *Et testibus pro exclusione delicti deponentibus magis creditur, n.*227.
228. *Conditionalis actus non nisi conditione deficiente perficitur, quæ nihil ponit inesse, num.* 229. *Et si deficiat, actus habetur pro non facto, n.*230.231.232.233. *Et si ad præteritum referatur, non suspendit actum, per rerum naturam, n.*234.
235. *Fieri potest, ut obsessus etiam pactum cum Diabolo habeat.*
236. *Melancholicus quandoque quasi per traducem propagatur.*
237. *Cor Melancholicum paratissimum Diaboli balneum.*
238. *Falsitas detegitur, veritate in lucem emergente.*
239. *Notorium seipsum ostendit, & tergiversatione celari non potest.*
240. *Ex notorio indubitata rei certitudo oritur.*
241. *Tandem triumphat, nescia vinci, veritas.*
242. *Falsus in uno, falsus in omnibus, n.*243.
244. *Testis deponens se cognovisse aliquē de nocte, non est integer. Non obstante quòd Luna luceret, n.*245. *maximè in criminalibus, n.*246.
247. *Variatio & contradictio circa eandem facti narrationem, non est sine calumnia & mendacio. Et arguit suspicionem falsi, n.*248.
249. *Variantes se ipsos onerant suspicione, & non merentur fidem.*
250. *Testis varia & contraria circa idem deponens falsitatis convincitur.*
251. *Iudex debet recto tramite procedere ad indagandam veritatem, neq; reum specialibus suis interrogationibus inducere. Nec debet de hoc vel illo individuo interrogare, num.*252.253. 254. 255.
256. *Diffamationi, quæ initium sumit ab inimicis eorumq; delatione, non est fidendum.*
257. *Inimici dictum non debet esse nocivum.*
258. *Eandem artem exercentes sibi invicem invident.*
259. *Inimicitia præsumpta sufficit, ad repellendum effectum diffamationis.*
260. *Dubiorum solutio, veritatis inquisitio.*
261. *Fama non diffamatione & falsa delatione, sed solo crimine læditur.*
262. *Propter calumniam solam nemo bonus esse desinit.*
263. *Salvator ipse nō fuit immunis à calumniis.*
264. *Diabolus calumniator & homicida.*
265. *Testi ex relatione alterius deponenti non plus creditur, quàm ipsi referenti. Nec plus creditur copiæ quàm originali, n.*266. 267.
268. *Testis unus non supplet defectum alterius, quando nullus eorum est integer.*
269. *Diabolus licèt optimè recordetur præteritorum, verum tamen de illis rarò dicit.*
270. *In nocturnis Sagarum conventibus, ut plurimum spectra, non veras comparere personas.*
271. *Auctoritas sine juris fundamento non multum operatur.*
272. *Sigismundi Scacc. de Lamiarum conventu & illusionibus memorabile dictum.*
273. *Assertiones Lamiarum in crimine veneficii contra honestos viros & fœminas parum attendendæ.*
274. *Ipse Bodin. & Binsfeld non audent affirmare, omnes Lamiarum comparitiones veras & reales esse.*

 275. Non

275. Non probat adesse quod contingit abesse.
276. In criminalibus probationes debent concludere de necessario.
277. Diabolus bonos & fideles semper defert & accusat. Imo nec Salvatori, n. 278. Nec Patriarchis & Apostolis in hoc pepercit, n. 279.
280. Diabolum etiam in forma fidelium apparere posse ostenditur. Et in angelum lucis se transformare, n. 281.
282. Exemplum recensetur ex legenda B. Hieron.
283. Nostra tamen fama propterea non est in Diaboli potestate, à Deo tamen quandoq; permittitur bonorum diffamatio, n. 284.
285. Fichardi ICti sententia de Lamiarum assertionibus.
286. Auctoribus Mallei maleficarum quantum fidendum.
287. Diabolo non est difficile semel delusam sapiùs eludere.
288. Reus neq; tormentis, neq; formidine eorum interrogandus in individuo de hac vel illa persona. Estq; species suggestionis, n. 289.
290. Processus factus per suggestionem sine indiciis, nullus est, n. 291.
292. Infecta radice & causa primitiva subsequentia etiam inficiuntur.
293. Probata falsitate & deficiente probabilitate & verisimilitudine geminatæ assertionis vis nulla.
294. Assertio sola criminosi, dicentis er wölle darauff sterben/ neminem onerat, etiamsi supplicii tempore repetatur, & n. 295. Et in terminis veneficii, n. 296. 297.
298. Nemo præsumitur velle decedere immemor salutis æternæ. Nec tamen quivis moriens præsumitur Iohannes Baptista, n. 299. nec omnis moriens verax, n. 300. 301.
302. Experientia veritatis meridies.
303. Criminosis cum sit moriendum aliorum etiam perniciem satagunt.
304. Saga totius tragœdiæ Diabolum habent auctorem.
305. Experientia testatur multos innocentes à Sagis nominatos.
306. Iudex in suscipiendis delationibus cautè procedere debet, nec facilè suscipere vocem mendacii, nec insontem supprimere, n. 307.
308. Non solùm is reus, qui falsum de alio profert, sed & qui citò criminibus aures præbet.
309. Probatio inducens iudicem ad credulitatem qualis esse debeat. Et iudicis arbitrium quomodo regulari & quale esse debeat, nu. 310. 311. 312. Nec potest propter concessum sibi arbitrium iniqua æquis præferre, n. 313.
314. Iudices huius seculi non hominum sed Dei exercent iudicium.
315. Qui de veritate iudicant, non adversarios sed arbitros esse oportet. Et sine odio, n. 316. odium pervertit iudicium, n. 317.
318. Iudicium temerè contra iuris ordinem institutum non gravat honestam personam.
319. Rumor vanus quid sit, & si diffamationi causam præbeat, ea non attenditur.
320. Diffamatio plerumq; transmittitur ab his, qui desiderant de aliqua re esse famam, n. 321.
322. Suspecti iudices recusari possunt.
323. Fama ortum habens à suspectis & ipsa suspecta est. Et ex causis iudicamus de effectu. n. 324.
325. Suspicionis conjecturæ augentur ex circumstantiis.
326. Non levis est suspicio si iudex unum magis gravet quàm alterum.
327. Maiora mala non facilè credenda, nisi probentur.

Tertia Quæstio.
De Nullitatibus Processus illius.

328. Pro Magistratu & iudice militat præsumptio, quòd ritè & rectè processerit. Etiam sustinendo personam partis velut inquirendo, n. 229.

330. Præ-

330. *Præsumptio iuris transfert onus probandi & quidem durius.*

331. *De præterito in præsens præsumitur.*

332. *Fœmina radiis mariti coruscat.*

333. *Nemo persecutor sui præsumitur ordinis & charitas ordinata à se ipsa incipit,* 334. *æqualitas ordinis & generis mutuum favorem conciliat, & n.* 335.

336. Es muß ein kalter Winter seyn/daß ein Fuchß den andern fresse.

337. *Querulantes contra processum, ex antiquis non novis probationibus, debent probare suas querelas. Vid. n.* 664. *& seq.*

338. *Nihil imputandum his, qui peritiores consuluerunt.*

339. *Facti alieni ignorantia tolerabilis.*

340. *In facti quæstione summus etiam Princeps errare potest.*

341. *De facti quæstionibus non respondet Princeps nec ICti, n.* 342.

343. *In crimine veneficii non servatur ordinarius Processus.*

344. *Non multum laborandum de ordine processus, ubi reum habemus confessum.*

345. *Confessio rei purgat omne vitium processus. Et ea data frustrà disputari de nullitate processus, n.* 346.

347. *Iudicii ordo inventus pro eruenda veritate.*

348. *Per confessionem habetur veritas.*

349. *Præsente fine cessant media.*

350. *Confessio rem & delictum facit notorium, & num.* 351.

352. *In notoriis relaxatur ordo juris.*

353. *In sortilegii sive veneficii materia sufficere confessionem Lamiarum, de Processione ad ludos, etiamsi non constet de corpore delicti.*

354. *Ritè procedenti judici nihil imputandum tametsi aliquid sinistri occasione illius processus per accidens emergat. Et n.* 355.

356. *Stylus curiæ pro lege servandus. Et nu.* 357. *Vbi quid sit stylus.*

358. *Quod stylus etiam in criminalibus servandus.*

359. *Quæ præter intentionem accidunt fato potius, quàm noxæ adscribenda, num.* 360.

361. *In criminalibus etiamsi per inquisitionem procedatur, formandus libellus & reo cum termino intimandus.*

362. *Extrajudicialis inquisitio præcedit, & ex ea formatur judicialis.*

363. *Libellus inquisitorius debet continere locum, tempus, diem, &c.*

364. *In inquisitione judiciali requiruntur omnes solennitates quæ in accusatione.*

365. *Legalis procedendi modus præscriptus in constit. Carolin.*

366. *Criminosi publicè & judicialiter accusandi.*

367. *Lis contestanda, junct. n.* 368.

369. *Lite contestata, reus in Iudicio respondere tenetur ad libellum accusatorum.*

370. *Reo dandus defensor ex officio, si per ignorantiam non petat, etiam in processu Sagarum, n.* 371. 372. *Idq; in tota Hassia ita servatur, n.* 373.

374. *Contra minorem inquisitio sine curatore dato, non est legitima.*

375. *Minor neq; in criminalibus in Iudicio legitimè stat sine curatore, nu.* 376. *Et tanquam de præjudiciali quæstione prius dispiciendum, an quis major vel minor sit, n.* 377.

378. *Confessio minoris in Iudicio sine curatore non nocet.*

379. *Malè servari in quibusdam locis contrariũ.*

380. *Consuetudo exorbitans de loco ad locum, non est extendenda.*

381. *Dd. de ea attestantibus, parum creditur. Ejus ratio, n.* 382.

383. *Facti quæstio incerta & plena circumstantiarum.*

384. *Multi credunt consuetudinem & aberrant. Et in ea asserenda ICtos facilè decipi, n.* 385. 386. 387.

388. Reo etiam de delicto confesso, antequam condemnetur, dandus terminus, num. 389. Etiam in gravissimis criminibus, num. 390. Etsi non petatur, n. 391. 392. Ejus ratio, 393.

394. Festus Paul. noluit condemnare ante concessum defensionis terminum.

395. Confessiones erroneæ revocabiles, & aliæ revocationis causæ, num. 396. & seqq. usque ad num. 400.

401. Terminus defensionis denegari non potest à judice, quodcunq; liberum arbitrium habente. Nec contrarium statuto aut consuetudine induci posse, num. 402. 403.

404. Suggestio & interrogatio in individuis, non præcedente diffamatione & indiciis, prohibita.

405. Talis interrogandi modus leno suggestionis.

406. Agitato ad finem processu, submittendum, num. 407. 408. 409.

410. Sententia ex processu nullo publicata ipso jure nulla est. Et talis censetur si ex actis non justificetur, num. 411.

412. Sagæ quando ultimo supplicio afficiendæ, num. 413. usq; ad 417.

418. Quoties ordinaria pœna judicis arbitrio mitiganda à lege permittitur, capitalis regulariter non imponenda, num. 419.

420. Dictio Sonst, quid importet.

421. Pater si offerat filium criminosum is mitius puniendus, etiam in atrocissimo crimine Majestatis, num. 422. 423. 424.

425. Nullus affectus vincit paternum, etiam in liberis immorigeris, num. 426.

427. Pater & filius eadem persona. Eadem caro, num. 428. 429. Nec meliorem liberi habere possunt amicum, n. 430.

431. Nemo carnem suam ita odit, ut eam laniena offerat.

432. Patri novercalibus delenimentis inducto & corrupto non consentiendum, nu. 433. 434. & 435.

436. Noverca privignis inimica præsumitur, Ejus notatio, n. 437. 438. Odium novercale, n. 439. 440.

441. Liberos apud novercas non educandos, Iura suadent.

442. Mitigationem pœnæ cæteris paribus suadere solet sexus qualitas.

443. Mulier unde dicta, ad lapsum proclivior esse, ex historia creationis refertur, num. 444. vas fragile, n. 445. ei pœna mitiganda, n. 446 & 447.

448. AEtas minor etiam in pœnis mitigandis consideratur, n. 449. 450. 451. ubi ratio Tyraquelli.

452. Multi in prima ætate turpes, viri evadunt laudabiles.

453. Minori quidem in delictis non succurritur, quoad remissionem, sed quoad mitigationem pœnæ.

454. Educationis ratio habenda.

455. AEtas quinquennii doli expers, & n. 456.

457. Saga propter abjurationem in infantia quinquennali commissam, postea adultior facta ex hoc solum capitaliter puniri non potest.

458. In delictis vel maximè initium & occasio inspicienda.

459. Infans quinq; annorum, cum efficaciter consentire non possit, nec pactum cum Diabolo ictum in ea ætate dici poterit, n. 460 nisi major factus renovet illam pactionem, n. seq.

461. Diabolus homines obsessos & in solitudine existentes maximè tentare nititur, & 462. referuntur exempla Lothi, n. 463. Filiorum Iacob, n. 464. salvatoris, nu. 465.

466. Solitudo homini perniciosa.

467. Obsessorum calamitati condolendum.

468. Sagæ non facilè illachrymantur.

469. Duæ abnegationis sive Apostasiæ recensentur species.

470. Illa quæ fit sine rebaptizatione & addi-

ctione in pœnitentibus corporales pœnas non subit.

471. *Stellas & astra abjurans, non propriè dicitur Deum abjurare.*

472. *Milites & mercatores sepè in una hora aliquoties Deum abjurant, n.473.*

474. *De Cypriano refertur, ipsum primis annis fuisse magicis artibus addictum.*

475 *Seipsum deferens mitius punitur, n. 476. & spes est in illis residuæ bonæ indolis, n.477.*

478. *Pœnæ, interpretatione molliendæ. Quamvis earum nō crudelitas sed pietas sit, n.479.*

480. *Severitas cum temperamento accipienda. Maximè suadentib. id circumstantiis, n.481.*

482. *Iudex non debet affectare, severitatis gloriam, sed cum lenitate punire, n. 483. & melius misericordiæ quàm severitatis ratio redditur, n.484.485.*

486. *Imp. Rudolphi I. dictum de clementia.*

487. *Nero in primis Imperii annis à sententiis capitalibus abhorruit.*

488. *Indecens reorum custodia, nullitatem parit, n.489.*

490. *Variationes & contrarietates quædam ex actis referuntur.*

491. *Grave & indecens est super re incerta & dubia capitalē ferre sententiā, n. 492.493.*

494. *Variatio contraria certitudini, num.495. 496.497.*

498. *Plus uno verum esse non potest.*

499. *Sagarum per aquam frigidam probatio irrationalis. Cùm peccato mortali conjuncta, n. 500. Diabolo fabricante introducta, nu. 501. mutat judicia in Schola Magiæ. n. 502. est species idololatriæ, n. 503. tentatio Dei, n. 504. Doctore Satana ejusq; ministris introducta, n. 505. abominatio in oculis Dei, nu. 506. Furiosum probationis genus, nu. 507. Nulla ne probabili ratione nitem, n. 508. Iudex eam probationem diiudicans injuriarum tenetur, n.509. Ethnica & tyrānica, n.510. ex errore & superstitione introducta, nu.511. inhonesta & perniciosa, n.512. Consuetudine veterata non excusatur, n.513.*

514. *Mala consuetudo tanquam perniciosa corruptela non attendenda, num. 515.516.517. 518.519.*

520. *In Carolinis Constitutionibus de probatione per frigidam aquam altum est silentium.*

521. *Si quæ sibi manus violentas in carceri inferat, non tamen exinde probatur venefica, n. 522.*

523. *Melancholici sibi ipsis quandoq; manus inferunt.*

524. *Sententia nulla non est executioni mandanda.*

525. *Propter nudam confessionem, nisi de corpore delicti constet, nemo condemnandus.*

526. *Provocationes in criminalibus quatenus sublatæ. Limitatur, n 257.*

528. *Vbi agitur de vita hominis cunctatio nulla longa.*

529. *Satius est nocentem dimittere, quàm innocentem perdere.*

530. *Non solùm reo damnato, sed etiam cuivis pro eo provocandi facultatem jura concedunt. num.531.*

532. *Appellationes in criminalibus in Germania non ubivis locorum sublatas evincitur, n.533. 534.535.536.*

537. *Allegans de consuetudine loci appellationem in criminalibus sublatam eam probare tenetur. Et quid in ea probandum, n. 538.*

539. *Constitutiones appellationem in criminalibus denegant, n.540.*

541. *Respondetur constitutiones illas pertinere propriè ad supremum Imperii tribunal.*

542. *Lex juris communis correctoria, restrictè accipienda maximè in tollendis appellationibus criminalium causarum, n.543.*

544. *Secunda responsio ad d. constitut. Imperii.*

545. *Verba Legis narrativa jus non faciunt, maximè in correctoriis, n.* 546. *Et si dubitetur de præsuppositio, n.* 547.

548. *Vna instantia data nervus consequentiæ inciditur.*

549. *Lex se referens ad consuetudinem eatenus stringit, quatenus relatum sive ista consuetudo probatur.*

550. *Si aliud insit referenti quam reperitur expressum in relato, id erroneum præsumi.*

551. *Veritas quomodocunq; apparens præfertur opinioni.*

552. *Per assertionem etiam summi Principis non probantur consuetudines speciales locorum, & n.* 553. *Secus in assertionibus juris, n.* 554.

555. *Quævis ferè ditio & locus habent suas peculiares consuetudines.*

556. *Nullitatis querela sine controversia in Camera admittitur.*

557. *Si ex actis constet de nullitate appellatio & querela aliàs prohibita admittūtur, & n.* 558.

559. *Specialis inquisitio contra certas & honoratas personas regulariter prohibita & non nisi in casibus jure expressis admissa, n.* 560. *non nisi præcedentibus indiciis & diffamatione, n.* 561. *Diffamatio qua is esse debeat, n* 562. 563

564. *Iudex sine diffamatione procedens ad quid teneatur. Neq; ad levissimi hominis delationē, n.* 565. *nisi diffamatione accedente, n.* 566.

567. *Iudex taliter procedens injuria afficit inquisitum & punibilis est, & n.* 568.

569. *Leviorum hominum diffamationes honoratos non gravant.*

570. *Nullitas inquisitionis ex defectu indiciorum proveniens omnia acta inficit.* (debet.

571. *Diffamatio à majori populi parte procedere*

572. *Minor de jure non est denunciator idoneus.*

573. *Non plus creditur delatori, quam ei à quo delator aliquid audivit.*

574. *Ex causa prima influxu operatur secunda nec plus est in causato, quam in causa.*

575. *Causa prima infecta, inficitur etiam secunda.*

576. *Solum socii criminis dictum contra honoratos ad inquirendum non sufficit, nisi præcedat fama & alia indicia.*

577. *Fama debet procedere à fide dignis, qualis socius criminis non est.*

578. *Fœminarum narrationes in genere non censentur fide dignæ.*

579. *Dictum socii criminis quatenus indicium ad inquirendū faciat sufficiens, & n.* 580. 581

582. *Iudex quando non potest inquirere, nec potest publicare falsò delata. n.* 583.

584. *Quoties aliquis ex actu lædi & contradicere potest, semper vocandus est. Etiam à summo Principe, n.* 585. *Ejus ratio fundatur in jure divino, n.* 586.

587. *Citatio species defensionis, quæ nemini ne quidem Diabolo deneganda, n.* 588. 589. *Nec contrarium cōsuetudine induci possit, n.* 590. *Et nullitas inde proveniens omnium potentissima, n.* 591.

592. *Iudex delatum super capitulis delationis prius audire debet, antequam ea publicet.*

593. *Illi quos principaliter negotium tangit vocandi. Fallit si agatur de præjudicio & damno tertii irreparabili, n.* 594. & 595.

596. *Famæ jactura omnium maxima, ejusq; inæstimabile pretium, nu.* 597. & *seqq. usq; ad n.* 603.

604. *Confingens aliquid pro læsione famæ alicuius, furi & latroni haut absimilis, n.* 605.

606. *Iudex in criminalibus debet quidem fugere ambages, sed ita ne innocens lædatur, aut veritas & iustitia opprimatur, n.* 607. *ne vidua & pupilli graventur, n.* 608. & *seqq. usq; ad n.* 618.

619. *Leges & iura prohibent, quicquam contra inaudi-*

inauditos statuere, unde honor ledi & gravari possint.
620. Iuris ordo propter crudum & indigestum motum judicis non est negligendus.
621. Ex ficta æquitate procedere temerarium & periculosum est.
622. Ficta æquitas duplex iniquitas fuit, n. 623.
624. Quantum à iure scripto receditur tantùm ab æquitate receditur.
625. Iudex cõtra aliquem procedens ante omnia debet certus esse de corpore delicti, præsertim ad effectũ formãdæ inquisitionis realis. n. 626.
627. Refertur exemplum Iosuæ add. n. 628.
629. Reorum confessiones pro exploratis facinoribus non sunt habendæ.
630. Fama honestorum non debet pendere à calumnia criminosorum.
632. Inquisitio nulla totum vitiat processum. Et eius Nullitas etiam post sententiam opponi potest, n. 633.
634. Quoad formandam inquisitionem contra certam & honoratam personam iudici non solùm debet constare de delicto, sed & de circumstantiis, requiritur præterea diffamatio, n. 635.
636. Iudici asserenti de iustitia processus tantùm creditur, quantum apparet ex actis, nu. 637.
638. maximè si constet ex actis eum non iure processisse, n. 639. 640. 641. 642. quo casu vim facere, n. 643. & spoliare cessetur, n. 644
645. Præsumptio pro iudice admittit probationem in contrarium. Adducitur exemplum Pilati, n. 646. add. n. 656. & aliquot seqq.
647. Præsumptiones per alias præsumptiones & maximè probationes eliduntur. Negq; generales tollunt speciales, n. 648.
649. Antecessorum iustitia successorum non excusat vitia. Et n. 650. 651.
652. Ira inimicitia & odium, corrumpunt Iudicium humanum.
653. In solum Deum cadit omnis perfectio, & num. 654.
655. Præsumptio quantumvis magna veritati cedit, & cessat ejus allegatio, ubi habetur veritas, n. 656.
656. Bremæ duæ fœminæ innocentes ob veneficii crimen imputatum combustæ.
657. Viduarum & orphanorum accurata habenda ratio.
658. Nobiles & ejusdem ordinis homines, imò domestici inter se quandoq; odio exardescunt.
659. Querulantes contra processum factum vocati & audiri querelas justificare tenentur.
660. Res inter alios ortæ, aliis non præjudicant.
661. Ignorantia non excusat.
662. Responsa Iuris sunt intelligenda cæteris paribus & servatis servandis.
663. Collegia Iuridica addere solent clausulam in responsis suis, si de delicto constet ex diligenti inquisitione.
664. Clausula adjici solita habetur pro adiecta, præsertim si leges & Iura idem requirant, num. 665.
666. Cothmanni ad adductum Bodini locum responsio.
667. Veneficii crimen atrocius est, majorique pœnâ coercetur.
668. Facilior in veneficio est lapsus & error cum majori periculo conjunctus.
669. Constitut. Carolina processum in hoc crimine servari severè præcipit.
670. Vt cautè ejusdem criminis in cognitione agatur exhortatio Godelmanni.
671. Ignorantia judicis est calamitas innocentis.
672. Carolinæ constitutionis art. 83. inductio.
673. Confessiones reorum pro exploratis facinoribus non habentur.
674. In criminalibus confessus pro judicato non est.

675. *Ad damnationem ex confessione inferēdam praeter certitudinem delicti, etiam de confessione rei certò ex conludenter constare debet.*

676. *Confessio unius alteri haut nocet.*

677. *Confessiones sine praeviis indiciis haud validant processum nullum.*

678. *Nullum per se effectum non operatur.*

679. *Confessiones minorennis absque curatore factae sunt nullae.*

680. *Actus nullus & non factus parificantur.*

681. *Confessio invalida alteri non nocet, nec continetur sub statuto de confessione.*

682. *Confessiones reorum in criminalibus ad liquidationem facti, nisi de eo aliunde judici constet, haut sufficiunt.*

683. *Iura, quae volunt, in notoriis relaxari juris ordinem quomodo intelligenda.*

684. *Differunt, delictum esse notorium, ac de eo constare notoriè; & in quâ parte?*

785. *Iura de notorio, procedunt in notoriis substantiâ & qualitate.*

686. *Ordinem juris ad relaxandum omnes facti qualitates notorias esse oportet sic ut ex his palam sit, reo defensionem nullam competere.*

687. *Iura de notorio procedunt in notorio facti actu permanentis.*

688 *Confessio non est sufficiens ad notorietatem delicti, quando contra illam quid opponi potest, ut exempl: f.*

689. *Farinacius sine juris ratione & textu haut sequendus.*

690. *Ponzinibium à Farinacio in contrarium allegatum magis pro autore facere ostenditur.*

691. *Regulae, quoad de exceptione constet, statur.*

692. *Regulam habens per se, intentionem fundatam habere dicitur.*

693. *Rei veneficii ex solâ confessone haut damnandi, sed regulari juris dispositioni relinquēdi.*

694. *Periculosum est, ultimo supplicio affici Sagas ex solâ confessione.*

695. *In criminalibus non sat est confusa notitia, sed diligens omnium circumstantiarum requiritur inquisitio.* (debet.

696. *Facti de qualitate praeter factum constare*

697. *Intellectus l. quod Reipublicae. 33. ff. de injur.*

698. *Verborum, secundum bonos mores, quae, & quotuplex significatio? & n. 699. 700.*

701. *Vtilitatis publicae & privatae connexio ejúsque servandae principalis ratio & solertia.*

702. *Salus populi, suprema lex.*

703. *Iustitia non est, propter nocentes innocentem supprimere & diffamare.*

704. *Innocentes detrimentis affici non debent.*

705. *Magistratui iniuriam facere non licet.*

706. *Iustificari impium, vel cōdemnari iustum, abominabile est coram Deo.*

707. *Deus propter decem Iustos etiam multis iniustorum parcit millibus.*

708. *Inducta ad salutem, in perniciem non detorquenda.*

709. *Iustum iustè persequendum.*

710. *Mala non facienda, ut eveniant bona.*

711. *Bonum non faciendum, si ex eo maius sequatur malum.*

712. *Omnia, quae licent, non expediunt.*

713. *Licitum ita coarctari debet, ut evitetur illicitum.*

714. *Innocentem damnare maius malum quàm absolvere nocentem.*

715. *Malum pati satius est quàm facere peccatū.*

716. *Iniuriam quomodocunq; facere omni & vel naturali iure vetitum.*

717. *Iudices cum Dei & legum timore tribunal conscendant.*

718. *Iudicum actus regulantur à iustitia poli & fori, adhibitâ curâ, ne dilectione proximi offensa pro potestate tempestate utantur.*

719. *Princeps summus praetextu publicae utilitatis subditos damnificare nequit, sed quicquid agit, sine iniuria alterius esse debet.*

720. *In-*

720. *Insaniat quis ex quam honestâ causa, nihil refert.*

721. *Vtilitati publicæ & severitati cum innocentium oppressione studentes, quid agant.*

722. *Recessus Diœcesanus civiliter intelligendus.*

723. *Injuriæ occasio, unde jura oriuntur, nasci non debet.*

724. *Recessus Diœcesani crudè intellecti sequela.*

725. *Recessus istius senior intellectus.*

726. *Pacta contra jus civile, constitutiones, vel bonos mores inita.*

727. *Princeps ceu justitiæ plenus velle præsumitur quod jura volunt.*

782. *Principis intentio talis censetur, qualis est legum candor & juris naturalis integritas.*

729. *Statuta interpretationem sortiuntur ex jure communi.*

730. *Interpretatio capiēda, quâ à iure communi minimè recedatur.*

731. *Etiam recedendo à verborum proprietate.*

732. *Statutum excludens interpretationem intelligitur de frivolâ.*

733. *Recessus Diœcesanus ex jure divino, naturali communi ut intelligendus?*

734. *Rationis naturalis elogia.*

735. *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

736. *Dictum salvatoris: Omnia quæcunq; vultis, ut faciant vobis homines, &c.*

737. *Reipublicæ interest, cives & præsertim Nobiles integros sine infamiæ macula conservare.*

738. *Præsumptio mala oritur ex actu, qui nihil prodest facienti, alteri verò nocet.*

739. *Responsum sine die & consule suspectum.*

740. *Consilium petendum ante factum.*

741. *Proverb.* zu geschehenen Dingen das beste reden.

742. *ICti solent respondere secundùm narrata.*

743. *Responsum Facultatis VVitebergensis oppositum quomodo intelligendum?*

QUARTA QUÆSTIO.

744. *Actionibus pluribus eiusdem rei nomine concurrentibus, unâ quis experiri debet.*

745. *Actori ex pluribus actionibus unam eligenti regressus ad aliam non datur.*

746. *Via, quam elegisti, tibi pateat.*

747. *Remedia duo ordinaria electivè non cumulativè concurrunt.*

748. *Actio tam iniuriarum quàm ex l. diffamari ordinaria est, & quare?*

749. *Actionibus è pluribus eiusdem facti nomine ad vindictam comparatis una intentata aliam tollit.*

750. *Regressus ad iura renunciata non datur.*

751. *Iniuriarum actionem per intentatum remedium, l. diffamari non excludi verior & communior est sententia, & quam ob rationem.*

752. *L. diffamari remedium modis, quibus de iure iniuriarū actio tollitur, non annumeratur.*

753. *Obligatio non quovis sed legibus constituto modo ut inducitur sic etiam tollitur.*

754. *Actionibus duab. alicui competentibus, iudicis est, illi, quod in alterâ plus est, adiudicare.*

755. *Reum conventum unius præstatio ab altero non liberat etiam in pœnalibus.*

756. *Iniquum est, propter minus auferri uberius.*

757. *Actio injuriarum pinguior est remedio, l. diffamari.*

758. *Intellectus regula: Via, quam elegisti tibi pateat.*

759. *Remedium l. diffamari, extraordinarium esse pleriq; opinantur.*

760. *Remedia ordinaria cumulari possunt si alterum altero sit pinguius & se compatiantur.*

761. *L. diffamari actio ad quam finē instituatur.*

762. *Non sequitur: Titius petit sibi decerni processus ex l. diffamari: Ergo actioni renunciavit injuriarum.*

763. *Renunciatio non præsumitur sed evidenter probanda est.*

764. *Renunciatio ne quidem ex actu proximo inducenda.*

765. *Re-*

765. Remissio iuris sui non præsumitur, quando alia coniectura capi potest.

766. Remissio juris est quasi donatio.

767. Iactare suum nemo præsumitur.

768. L. diffamari, remedium quasi actionis injuriarum præparatorium est.

Quinta Quæstio.

769. Injuriam facere quocunq; modo & naturali & civili jure vetitum.

770. Magistratus etiam vel judex ab injuriâ non excusatur.

771. Etiamsi magistratus nõ esset singularis persona, sed universitas collegium, capitulũ, &c.

772. Dolus, delictum & sic etiam pœna in Vniversitatem cadit.

773. Delictum gravius æstimatur ob dignitatem delinquentis.

774. Quanto quis est sublimior, tanto sit & perfectior.

775. Vitium tantò conspectius, quantò maior est, qui peccat.

776. Clerici vitæ integritate exemploq; aliis prælucere debent.

777. Cominei dictum.

778. Magistratus quando censeatur alicui facere iniuriam.

779. Iniuriosum verbum vel factum quodvis animo iniuriandi fieri præsumitur.

780. Iniuriandi animo dicenti se non fecisse incumbit probatio.

881. Occasione ex præbitâ iure quis conveniri & puniri potest.

782. Rei illicitæ operã danti imputatur eventus.

783. Damni occasionem dans damnum fecisse videtur.

784. Occidat quis an mortis causam præbeat, ni-

785. Imperitia culpæ annumeratur. (hil refert.

786. Iudex, qui damnavit innocentem etiam capite plecti potest, vel saltem deponi, si id per negligentiam faciat.

787. Iniuriarum quis tenetur, etsi non nominârit eum, quem infamat.

788. Iniuriosa verba impersonaliter prolata obligant actione iniuriarum.

789. Dicere: Non putaram, prudentis non est.

790. Iudex providere debet, quod verisimiliter contingere potest.

791. Abortionis vel amatorio poculo occidens, de homicidio tenetur.

792. Vim inferens, de vi omnibus inde secutis damnis tenetur.

793. Iudex non debet cum discrimine alienæ existimationis iniquè vagari.

794. Culpa non excusat, quæ casum præcessit.

795. Causa iusta instituti ubi reddi nequit, calumnia præsumitur.

796. Ratificatio etiam in delictis mandato æqui-

798. Ratificatio vel tacita sufficit. (paratur.

799. Vniversitas per tacitam ratihabitionem delicti particeps redditur etsi communicato nullo consilio patratum sit.

800. Consensus capituli colligitur ex coniecturis, ad hoc ut omnes teneantur & puniantur.

801. Capitulum dicitur collegium parvum.

802. Omnes de capitulo præsumuntur habuisse notitiam actus, eumq; ratificasse.

803. Vniversitas vel capitulum ut actione pœnali pulsetur, necesse est, communicato consilio & habito tractatu factum illicitum insecutum fuisse.

804. Bartolus dicitur Iuris nostri speculum & lucerna, item pater iuris.

805. Vniversitas ex delicto quorundam conveniri nequit.

806. Licet illi sint præcipui & primores capituli.

807. Vniversitati delictum particularium personarum haut nocet.

808. Vniversitas factum singulorum ut præstet, statuto effici nequit. (hominibus.

809. Capitulum diversum est à singulis in eo

810. In-

810. Iudex ob processum iniustum iniuriarum nõ tenetur, nisi evidenter appareat de malitia & iniuriandi animo.

811. Remedia ob inordinatum processum quæ competant.

812. Iudex temerè & indebitè inquirens, tenetur in Syndicatu.

813. Eadem solennitas requiritur in ratificatione, quæ in perfectione actus.

814. Ratificatio actus præcedentis ex subsequenti, tunc demum præsumitur, quando factum tale est, ut fieri non possit absq; ratificatione.

815. Qualibet ratio & causa sufficit ad exclusionem ratificationis.

816. Suspecti de injuria tenentur se purgare iuramento.

817. Injuria quid?

818. Deferens falsum crimen apud Iudicem, injuriarum tenetur.

819. Delatores tenentur probare crimina delata.

820. Injustè deferentes fustigatione puniri possunt, & n. 827.

821. Mendacia summam fraudem & dolum deliberatum arguunt.

822. Injusta causa quando non excuset à dolo, juncto n. 825. 826.

823. Credens facilè hominibus levibus & maximè fœminis, non excusatur á dolo. Vbi nec rumor incertus & vagus, n. 824.

828. Atroces injuriæ quæ? Et n. 829. usq; ad 833.

834. Injuria quæ dicatur in scriptis fieri.

835. Falsæ delationes ad album Iudicis sive Protocollum dictatæ, proscriptis habentur.

836. Actio super injuriis in scriptis factis competens, non annalis sed perpetua est.

837. Scriptum semper loquitur.

838. Decisiones Cameræ instar legis.

839. Et præferuntur communi Dd. opinioni.

840. Maximè controversis exstantibus Dd. opinionibus.

841. Injuriarum actio morte extinguitur, nec heredibus datur. Quod tamen fallit in actione criminaliter intentanda, n. 842. maximè in injuriis scripto factis, n. 844.

843. Heres accusat tanquam persona coniuncta. Etiamsi defunctus iniuriam remisisset, num. 845.

846. Moriturus iustè & piè, liberis & heredibus mandare potest iniuriarũ sibi illatarum vindicationem exemplo Davidis & Simei probatur.

847. Semel iudicata ex eodem fonte & capite non resuscitantur.

848. Sententiæ & rei iudicatæ auctoritas per Apologias & extra iudicialia scripta non eligitur.

849. In propria sua causa nemo sibi ius dicit. Ne quidem summus princeps, n. 850.

851. Omnis via facti sive armis sive scriptis fiat in novissimis imperii constitutionibus prohibita.

852. Beneficium L. diffamari datur etiam contra clericos & Prælatos. Imò & Electores & Principes Ecclesiasticos, n. 853.

854. Gravatus per processum nulliter institutũ, potest agere ad cassationem.

855. In optione gravati est an coram eodem, an superiore de nullitate agere velit.

856. Ea quæ infamandi alicuius causa in monumenta publica relata, sunt tollenda sunt.

857. Iudex potius debet admittere scandalum, quàm veritatem relinquere.

858. Abutens iurisdictione sua maximè in criminalibus privari ea potest.

859. Iurisdictio & universitati & collegio competens, propter abusum quorundam non privatur.

860. Ad privationem iurisdictionis requiritur, ut priùs moneatur à superiore.

861. Propter excessum & abusum iurisdict. potest agi etiam ad mulctam. Item ad damna & expensas, n. 862.

INDEX

INDEX QUÆSTIONUM.

QUÆSTIO I.

De nocturnis Lamiarum & Damonum saltationibus, & num personaliter semper conveniant? &c. Pag. 2.

CAP. II. QUÆST. I.

An videlicet Diabolus & Sagæ piorum & fidelium hominum suppellectilia, utpote cochlearia, cultellos, & similia per artem Magicam surripere, iisq; in Diabolicis istis conventibus, commessationibus & choreis uti possint? Pag. 25.

QUÆSTIO II.

Anné istius in actis nominata, à Diabolo delusa puella minorennis assertiones ejus sint ponderis & momenti, ut nobilissimæ & honestissimæ matronæ N. ejusq; filiæ bonam famam, honorem existimationem ladere, & apud cordatos juris aquiq; amantes homines gravare possit? P. 28.

QUÆSTIO III.

An videlicet Domini Capitulares, qui tempore ordinati processus præsentes fuêre, & processum direxêre, tàm in instituto isto processu Sagarum, bey dem Hexen Proceß/ Ius Commune, Canonicum & Civile, ac S. Imperii Romani Constitutiones, maximè verò Caroli V. Imper. criminales ordinationes pra oculis habuerint, & ex earum præscripto egerint, ita ut Deo & Cæsari, suaq; Majestatis Supremo Iudicio Camerali exactam rationem de eo agere possint? Pag. 55.

QUARTA QUÆSTIO.

Cùm Nobilissima virgo N. N. ejusq; fratres & tota famila, defuncta jam matre, contra quoscunq; citationem ex l. diffamari emaneri curârint, an adhuc impositio silentio nihilominus actioni injuriarum locus esse possit. Pag. 114.

QUINTA QUÆSTIO.

In qua hoc proponitur, quod cùm Domini Consulentes pro certo teneant, hanc diffamationem à quibusdam ex Dominis Capitularibus, qui hujus processus, nomine tamen Collegii totius, instituti Directores exstitêre, vindicta studio ac eo animo factam, ut per eam ipsis piè defuncta matri, sorori, totiq; familiæ ignominia, & decus inferretur, Anné propterea, quòd tàm siculneo & fragili fundamento inhærentes, huic diffamationi occasionem præbuerint, recipiendo tàm frivolas, falsas & varias delationes. easq; publicando pro veris & exploratis facinoribus, & quod eandem diffamationem non obscurè in pratensa sua Apologia prosecuti sint, actione injuriarum conveniri possint? Pag. 118.

IN SEXTA QUÆSTIONE QUÆRITUR.

Anné Domini Consulentes cœmentarium istum ejusq; uxorem, quòd de Domina vidua ejusq; filia tàm gravia & atrocia crimina falsò detulerint, easq; diffamârint, injuriarum actione convenire possint? Pag. 125.

SEPTIMO QUÆRUNT DOMINI CONSULENTES.

Anné injuria ista pro scriptis & realibus potiùs, quàm verbalibus habenda, adeoq; etiam anno elapso actio injuriarum salva sit? Pag. 128.

SUCCEDIT JAM OCTAVA QUÆSTIO, IN QUA IN EVENTUM QUÆRITUR:

Anné hoc casu, quo commodè adversus Capitulum injuriarum actio institui non possit, directò & in specie contra id ipsum denuò citatio ex L. diffamari peti, & ex ea processus formari possit, præsertim cùm contra jamdum agitatum & finitum judicium ex prædicta L. diffamari in genere contra quoscunq; diffamatores institutum Apologiam quandam ediderint, & judiciaria tela terga obverterint? Pag. 131. & 132.

IN NONA QUÆSTIONE DUO PRONUNTUR:

1. *Anné modò memoratis remediis deficientibus, vel propter difficultates circa ea incidentes, vel alius emergentibus hoc casu incommodis, Domini Consulentes contra Dominos Capitulares, ad nullitatem processus tutò agere, & apud superiorem obtinere possint, ut iste processus superiorum auctoritate annulletur & cassetur?* Pag. 135.

DEO

DEO DIRIGENTE NIHIL EST QUOD ARCEAT.

IN cujus Sacrosancto nomine (cui omnia quæ bene & dextrè expedimus, meritò accepta ferimus, † *Esaiæ 26.v.12.*) propositam facti speciem eiq; annexas quæstiones considerando non desunt rationes, quæ nos in ardua hac & difficili causa ne responderemus, deterrere & retrahere possent, maximè verò quod Dn. Consulentes præcipuas quæstiones, concernentes quendam Processum Criminalem in facti specie enarratum Reverendi Capituli N. proposuerint, in quibus necessariò de ejusdem Processus Nullitatibus disputiendum, unde facilè malevolentia & odium conciliari posset. Verùm enim verò cùm tam ex proposita facti specie, quàm inserta eidem expressâ protestatione Dnn. Consulentium mens & intentio satis appareat, † quod hoc suo instituto, neque prædictum Reverend. Capitulum, nec quemcunque alium immeritum cujuscunque status & conditionis is sit, perstringere, diffamare, vel contra jus fasque gravare velint, sed potius matris suæ nobilissimæ & honestissimæ quondam matronæ, jam prædefunctæ, & sororis virginis pudicissimæ adhuc viventis, injustè contra divina & humana jura occasione prædicti Processus diffamatarum innocentiam defendere, adeoque toti familiæ Nobilissimæ quodammodò aspersam maculam abluere, & per legitimos juris tramites, calumniantium iniquitates expellere, sibimet imperarint, impetrare à nobis non potuimus, quin hoc, quod & nostræ professionis officium, veritas, justitia, & proximi charitas â nobis postulat, Dnn. Consulentibus pro viribus & talento nobis concredito præstaremus, nostramq; sententiam ex fide & religione aperiremus, idq; in nullius hominis favorem vel odium, sed sine omni affectu: Etsi enim mallemus negotium hoc arduum & difficile peritiori & magis exercitato commissum fuisse ad deducendum; cum tamen non incognitum nobis sit, jurisperitos † qui honores ex jure adepti sint, eo ipso adstrictos esse, ut de jure consulti respondeant: 1 2 3

l.1.in princ.ff.de Iust.& jur. cap.ex tenore de for.compet. cap.nemo petitorium, 11.q.3. gl.in l.2.& ibi Bart. *C.de proxim.sacror.scrin.* Felin.*cap.si pro debilitate extra de offic.deleg.* Dn.Hermann.Vult.*cons.Marp.35.n.1.vol.3.* Tum etiam quod veritatis & justitiæ

favor † rebus omnibus antiquior esse debeat. Syracid. *c.4. v.33. & seqq. l.cum ita legatum, ff. de condit. & demonstrat. l.1. in fin. C. de Lat. libert. toll.* Johan. Dilect. Durant. *de art. testand. tit.11. caut. fin. n. fin.* Et præcipuum sit in rebus humanis de veritate testimonium reddere. Thom. de Aquin. *lib.1. de regim. princip. cap.7. quem ad hoc adducit*, Matth de Afflict. *in præfat. ante Decis. Neapol. n.7.* Proditor enim veritatis est, qui vel non pronunciat, vel non liberè defendit eam. Chrysost. *cap. nolite timere*, 11. *q.3.* Quia is prodesse non vult, Augustin. *in cap. quisquis metu*, 11. *d. q.3.* adeoq; pro aucupanda cujusquam hominis, etiam summi Principis gratia non est negligenda veritatis atq; justitiæ majestas, ut ait Alexand. Imol. *consil. 9. lib.1.* Nicol. Reusner. *consil. 1. in proœm. lib. 1.* Fac. *text. in d. cap. quisquis metu.* Hæc enim vincit omnia & vivit in æternum. Roland. à Vall. *consil. 32. n.41. vol.4.* idque vel
5 maximè ubi agitur de redimenda hominum innocuorum fama † & existimatione: cum cordati omnes in odore bonæ famæ delectari debemus, *cap. licet in beato Petro extra de accusat.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 9. cap. 4. n.105.* præsertim Nobilium, quorum familiâs vetustas, sine labe & macula conservari, reipub. interest, *l.1. §.13. ff. de ventr. inspic. l.9. C. de quæst.* Valent. Forster. *de success. ab intestat.*
6 *lib. 3. c. 4. n.20.* Quod enim flores illibati in pratis, † id nobilium familiæ splendidæ in republica, Obrect. *in disput. de Regal. th.115.* Ideoque meritò omnes boni Nobilitati favemus. *M. T. Cicerone teste.* Quamobrem sine ulteriori prologo, & circuitu, non conterendo tempus in multiloquio, quod prudentissimos stomachari solet, ut dicit Aretin. *consil. 11.* Hieron. Grachar. *consil. de Syndicat. num. 1.* propositas ordine quæstiones aggrediemur.

QUÆSTIO I.

De Nocturnis Lamiarum & Dæmonum Saltationibus, & num Personaliter semper conveniant? &c.

PRIMAM quod attinet quæstionem, illa duo continet capita. Prius est, quid de nocturnis Lamiarum & Dæmonum saltationibus in genere, & in specie, de confessione istius dementatæ seu obsessæ, in facti specie denominatæ puellæ, assertione quoad istas Lamiarum seu Dæmonum saltationes sentien-
7 dum. † Difficilis sanè, intricata & propter varias Diaboli astutias, & difformes virorum Doctissimorum observationes, exempla, diversasque opiniones, hæc est quæstio. Et cum etiam veneranda Facultas Theologica almæ hujus Academiæ Giessenis desuper sit consulta, illorum sententia hac in re potissimum erit inspicienda. Interim & nostram brevibus explicabimus, salvo semper rectiori aliorum judicio.

Sunt & quidem non postremi Nominis Theologi, JCti, Politici, & Phy-
8 sici, † qui multis rationibus, ipsaque experientiâ teste, argutè defendere conantur,

nantur, mulieres istas cum Diabolo pactum habentes, & ab eo dementatas, quas Lamias seu Strigas vulgò Zauberin / Hexen / Vnholdt vocamus, certis & statis anni temporibus diebus & horis verè & corporaliter ad destinatum locum, à Diabolo, brevissimo temporis spatio deferri, furcâ, baculo, vel scopis vehi, & ita revera convenire, comessari, choreis & saltationibus, aliisque jocis & ludis delectari, &c. idque I. probant ex innumeris ipsarum Lamiarum confessionibus, † tam sponte quam torturâ mediante factis. 9

Francisc. Spin. *de Strigib. c. 2. in fin.* Joh. Bodin. *de Magor. Dæmonom. lib. 2. c. 4.* Petr. Binsfeld. *de Confess. malef. membr. 2. conclus. 12. & alii*, quibus omninò standum videtur, cùm nullum certius dari possit testimonium, quàm proprii oris confessio, † *l. un. C. de confess. tot. tit. ff. eod.* Menoch. *præsumpt. 61. n* 8. Wes. *cons. 72 n* 29. 10 illudq; de quo constat per confessionem, dicitur sciri pro certo. *gl. in c. si sacerdos extr. de offic. ordin.* & verè apparere. Immol. *in c. cum contingat extr. eod. tit.* Hyppolit. de Marsil. *ad rubr. n.* 81. *C. de probat.* Est enim confessio ad instar rei judicatæ, quæ habetur pro veritate, *l. 1. l. 3. l. 4. l. 6 ff de conf. ff.* Mascard. *de probat. concl.* 334. & 349. Joh. Gœdd. *consil. Marp.* 28. *num.* 60. *vol.* 2. rem faciens notoriam & manifestam. Menoch. *remed. 1. recuper. possess. n* 218. & 222. Wesenb. *consil. 2. n.* 61. & *seqq.* Johan. Meischner. *Decis. Cameral. 9. fol* 187. *tom. 3.*

Secundò non parùm juvat hanc opinionem & præcedentem rationem, quod hoc non una vel altera lamia sed innumeræ, † diversis separatis ac remo- 11 tissimè distantibus locis ita examinatæ, concorditer & quasi uno ore fassæ sint. Sicut autem deformitas & variatio confitentium rem facit dubiam & incertam, ita conformitas concorditer asserentium rem facit certam & indubiam.

l. qui sententiam, ibi: aut certè omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conspirante concordanteq; confessione convictus fuerit, *C. de pœn.* Cui adstipulatur, quod non solum in principali negotio, sed etiam in enarratione circumstantiarum concordent, † in descriptione loci, in 12 confectione unguenti, in unctione, & ex ea secuta avolatione præmissis quibusdam verbis: Obenauß vnd nirgend an / per caminos & foramina fenestrarum & parietum Diaboli ope confestim facta, &c. Franc. Spin. *de Strig. d. c. 2. in fin.*

Tertiò adducunt experientiam, † quam rerum omnium magistram rectè 13 dixit Aristot. *lib. 1. Metaphys. Et notat. in cap. quàm sit de Election. fac. cap. cupientes eod. tit. in 6 cap. statutum, de rescript.* eamque in cognoscendis criminibus non parum attendendam suadet Prosp. Farinac. *in practic. crimin. quæst. 52. num.* 54. Jam verò multis sic asserentibus: (quos infra suo loco nominabimus) ita fuit visum, & per exempla plurima cognitum, ideoq; ita credendum & pro vero habendum, per tradita Francisc. Ponzin. *tract. de Lam. n* 39. Exempla enim rem declarant, † 14 *l. 1. § quod vulgo, ff. de vi & vi arm. l. ut responsum, C. de transact. l. dammi, § fin. ff de damn. infect.* & quasi digito ostendunt, ac tactui subjiciunt. Bald. *consil.* 347. *vol. 1.* Hyppolit. Riminald. *consil. 602. n. 27. per l. 1. ff. de præscript.* ideoq; legitimum ab iis

15 sumitur argumentum † eorum, quæ in eodem genere & ad eundem effectum longo retro tempore acciderunt & obſervata ſunt, *arg. cap. cauſam quæ 1. ubi* Felin. *extr. de Teſtib. l. acta, ff. de re judic. l. cum lite. ff. judicat. ſolv.* Bart. *ad l. nemo. 13. C. de ſent. & interloc. omn. jud.*

Quartò accedit, non ſolùm ita fuiſſe à plurimis Judicibus habitâ diligenti inquiſitione compertum, ſed iſti ſententiæ inhærendo etiam judicatum. Quæ
16 autem ſit rei judicatæ auctoritas, † omnibus conſtat, obtinet enim vim legis.
17 *l. nam Imperator. noſter, 38. ff. de legib. l. 37. eod.* Et pro veritate habetur. † *l. ingenuum, ff. de his qui ſunt ſui vel al. jur. l. res judicata de reg. jur.* imò tantæ eſt potentiæ, ut
18 falſum mutet in verum † *gl. in l. ſi non ſortem, §. hereditatis. ff. de condict. indeb.* Johan.
19 Vincent. Honded. *conſil. 61. n. 9. vol. 1.* album in nigrum † Cravett. *conſil. 79. n. 1.* Jaſ. *in l.* Julianus, *2. ff. de condit. inſtit.* Johan. Meichſn. *deciſ. Camerar. 22. num. 6. tom. 3.*
20 Faciatq; de non ente ens, & de indebito debitum † *l. 1. de condict. indebit.* Johan. Gœdd. *conſil. Marp. 26. n. 109. vol. 1.* inducatq; notorium, & præſumptionem juris
21 & de jure, † quæ probationem in contrarium admittere nauſeant, *c. veſtra, c. fin. de cohab. cleric.* Weſenbec. *conſil. 6. num. 63.* Meichſner. *d. deciſ. 22. n. 7.* Andreas Geil.
22 *tractat. de pignorat. c. ult. num. 2.* adeoq; altera eſſe natura cenſetur, † quæ det originem, perimat, tollat, augeat, extinguat, ut poſt *Bald.* & alios tradit Dn. Herman. Vult. *conſil. Marp. 30. n. 103. vol. 2.* Hinc Imperator. Alexand. Præſidem provinciæ jubet ea, quæ in eodem controverſiarum genere frequenter ſervata ſunt, causâ
23 cognita ſtatuere. † *l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. junct. l. fin. C. eod.*

Quintum argumentum deſumunt à poſſibili, videlicet poſſibile eſſe Dæ-
24 moni, homines corporaliter de loco ad locum transferre, † idq; ſatis conſtare ex aliis Magorum operationibus, qui palliis ſuis homines illæſos ad longinquos locos per aërem tranſvexerint, item campſionibus ſeu permutationibus puerorum vulgò **Wechſel-Kinder**, idq; quam plurimis exemplis ſpecialibus adductis probant Auctores mallei malefic. *Iacob. Sprenger.* & Henric. *Inſtitut. part. 2.*
25 *quæſt. 1. cap. 3.* imò Diabolus ipſum Dei filium creatorem ſuum aſſumpſit † & ſtatuit eum ſuprà pinnaculum templi, & rurſus ſuper montem tranſvexit, *Matth. 4.* Ergò non debet ei, cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere, *l. non debet. ff. de reg jur.* Accedit etiam, quod Dæmones in naturalibus non ſolùm pares
26 bonis Angelis, † ſed etiam quibuſdam longè ſuperiores exiſtant, quæ naturalia per lapſum nõ ſunt imminuta, ſed tantùm gratioſa, ideò adhuc in eis remanent, licet obfuſcata & ligata, Auctor. mallei malefic. *part. 2. q. 1. c. 3. verſ. nec & ſecundum* Franciſc. Spin. *de ſtrigib. cap. 4.* Paul. Girland. *de ſortileg. q. 6. num. 4.* juxta illud Domini apud *Iobum cap. 41.* dicentis, non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei valeat
27 comparari. Jam verò bonum Angelum † hominem poſſe per aërem tranſvehere corporaliter, habemus *Daniel. 15.* de Angelo, qui capillo capitis apprehenſum Prophetam Abacuc ex Judæa duxit in Babylonem, modico temporis ſpatio, & itidem inde reduxit.

Sextum

Sextum desumunt à verisimili: Cùm enim tanta sit malitia Diaboli, ut se adorari velit ceu Deum, † sicut hac tentatione ipsum salvatorem aggressus est, 28
d.c.4. Matth. Ac sagæ seu mulieres istæ dementatæ, in hoc etiam confessione suâ concordant, quòd in ejusmodi ludis nocturnis Diabolum in forma hirci saltantem adorent, † verisimile est Dæmonem non imaginariâ adoratione contentum esse, sed eas ad ipsum ludum verè & realiter apportare, ut etiam verè & realiter adoretur, Argumentum autem à verisimili in jure bonum est. † 29 30
l. si extraneus, ff. de condict. ob caus. l. Lucius, §. Titio, ff. de liber. & posthum. l. fin. C. de hered. instit. Quod enim verisimile est, probabile est, & speciem veri habet, † sicut è converso, quod non est verisimile, speciem habet falsi, ut dixit Bald. *in l. 1. C. de servit. fugitiv.* Jas. *in l. si extraneus, n. 8. C. de condict. ob turp. caus.* Ernest. Cothman. *consil. 15. n. 124. vol. 1.* ideoq; qui arguit à verisimili, † arguit à ratione naturali, 31 32
cùm verisimilitudo sit cognata naturæ, Bald. *consil. 180. num. 3. vol. 3.* Vult. *consil. Marp. 15. n. 154. vol. 1.* Et in dubio † verisimile habetur pro vero, Anton. Faber. 33
in Consult. de Ducat. Montisferr. part. 1. fol. 32. in fin. Cui adminiculatur, quòd Diabolus sit simia Dei, † & non solùm ipsum cultum divinum, sed & modum si- 34
milem colendi affectet, ut apparet ex *d. c. 4. Matth.* ibi: hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraveris me, idque multis adductis exemplis ostendit & probat Wilhelm. Zepper *in LL. Mosaic. lib. 4. c. 5.*

Septimò facit, quòd in omni actu realitas & veritas potiùs, quàm fictio præsumatur, † cùm illa sit secundùm, hæc præter naturam, *l. 3. §. hæc verba, ff. de* 35
negot. gest. l. filium quem pater, ibi: ne imagine naturæ adumbretur veritas, ff. de liber. & posthum. junct. l. fideicommissum, 76. ff. de condit. & demonstr. Valentin. Forster. *de success. ab intest. lib. 6. c. 24. n. 7.* Quin imò hoc casu duæ concurrerent fictiones, † una 36
in imaginaria translatione, altera in imaginaria adoratione, cùm tamen juris ratio non patiatur duas fictiones concurrere in eadem persona, & circa eandem rem, *gl. & Dd. in l. 1. C. de dot. promiss. Zas. ad l. singularia, n. 16. ff. de reb. cred.*

Octavò facit, quod plærunq; Sagæ personaliter paciscuntur cum Dæmone † & is verè adhibitis quibusdam solennibus, istas abjurare facit vene- 37
randam Trinitatem, & sibi homagium præstari, prout ex Sagarum confessionibus & exemplis apparet. Atqui rem quamcunq; suâ metimur origine.

l. qui id quod, ff. de donat. l. fin. ff. si ex noxal. caus. agat, Regner. Sixtinus *consil. Marp. 18. n. 35. vol. 2.* & ex primordio † negocii posterior solet formari eventus. 38
l. potior, l. quia balneum, ff. qui potior, in pignor. l. un. in fin. Cod. de impon. luer. descript. Roland. à Valle *consil. 76. n. 20. vol. 3.* Cravett. *consil. 1000. n. 33.* neque progressus præsumitur degenerare à suo principio Petrin. Bellus *de re milit. part. 10. tit. 2. num. 34.* ideoque sicut pactum ipsum & homagium verè & realiter fit, ita etiam verè & realiter effectum & continuationem illius, videlicet adorationem, quæ illi consequens est, fieri censendum est. Quale enim principium, tale principiatum.

Nonò hâc præsuppositâ opinione illud tanquam consequens & consectarium infertur, quod cum Sagæ seu lamiæ realiter & corporaliter † ad ejusmodi ludos & saltationes nocturnas conveniunt, eas, quæ in tali conventu conspiciuntur, verè adesse, nec ullam ibi conspici, quæ non verè & realiter adsit, & ipsi Diabolo tanquam Præsidi & Magistro istarum Chorearum & ludorum, homagium præstiterit, & Magicis artibus constricta sit, ideoque satis certum esse indicium, personas ita realiter in ejusmodi ludis præsenter conspectas & indicatas, Diabolo & magicis artibus addictas, & de iis non solùm suspectas, sed quodammodò convictas esse. 39

Uti infert Petr. Binsfeld. *de confession. malefic. membr. 2. concluſ. dubio 2.* aliâs hoc sequeretur absurdum, non solùm ipsas lamias, sed etiam honestas & pias fœminas ad istos ludos deferri, iisq; interesse posse. Argumentum autem à vitando absurdo in jure nostro validum & frequens est, *l. nam absurdum, ff. de bon. libert. l. observare, § fin. ff. de offic. Pro-Conſ. gloſſ. in l. Offilius, ff. de legat. 3.* Hartmannus Pistor. *lib. 2. q. 29. n. 41. & q. 13. n. 30.* Bruckman. *in §. venatio, c. 4. n. 25.*

Hanc sententiam de corporali, reali & vera Lamiarum avolatione, † & præsentia in ludis, ex enumeratis modò & aliis fundamentis quamplurimi tuentur Theologi, maximè inquisitores hæreticæ pravitatis, nec non etiam JCti & Politici non postremi nominis. 40

Jacob. Sprenger. & Henric. *Inſtit in malleo malefic. part. 2. q. 1. cap. 3.* Barthol. Spine. *de ſtrigib. c. 2. & ſeqq.* Paul. Ghrilland. *de ſortileg. quæſt. 7. n. 8. & ſeq.* Petr. Greg. Tholosan. *de republ. lib. 13. c. 28.* Joachim. Camerar. *in proœm.* Plutarchus *de defect. Oracul. fol. 332.* Johan. Bodin. *de magor. Dæmonomon. lib. 2. c. 4.* ubi quamplurima suæ sententiæ adducit exempla, non per somnia, ut ipse ait, sed per judicia contradictoria, confessiones, condemnationes, &c. observata, Petrus Binsfeld. *de confeſſion. malefic. poſt prælud. concl. 12. & paſſim.*

Verùm quamvis hæc speciosè multisq; probabilibus argumentis, exemplis, & auctoritatibus prædicti auctores, & alii qui eos sequuntur, ita disputent & defendere conentur: major tamen & sanior pars Theologorum, JCtorum, Politicorum, & Physicorum, firmioribus & solidioribus fundamentis in eam propendent sententiam, † istos Lamiarum conventus, ludos, choreas, comessationes, apparitiones plerumq; esse illusiones & ludificationes Dæmonum, & ut plurimùm prestigias & spectra tantùm fœminarum in ludis & choreis istiusmodi spectari, non autem vera corpora, quæ & nobis semper verior visa fuit. 41

Et quidem hæc sententia nititur auctoritate Concilii Anquirensis, vel ut alii volunt, Ancirensis, cujus decretum canonizatur in *cap. Epiſcop. 26. quæſt. 5.* ubi ex Decreto prædicti concilii ita statuitur: Ipse Satanas qui transfigurat se in Angelum lucis, ut scriptura *2. ad Corinth. c. 11.* cùm mentem cujuscunque mulieris cœperit, & eam per infidelitatem sibi subjugaverit, illicò transformat se in diversarum species personarum atque similitudines, & mentem quam captivam

vam tenet, in somniis deludens, modò læta, modò tristia, modò cognitas, modò incognitas personas ostendens, per devia quæq; deducit. & cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore evenire opinatur, &c. Huic concordat *text. in c. nec mirum, d. caus. 26. q. eadem.* Joh. Köpp. *obs. 130. n. 7.* ubi dicit ad prædictum canonem Episcopi solidum hactenus se non vidisse responsum. Eandemq; sententiam sequi Augustin. *in lib. de Spirit. & lit. c. 28. ibid. testat.* atq; in dubiis opinionum procellis † securus navigat, qui cum textu na- 42
vigat, inquit Udalr. Zas. *ad l. properandum, §. & siquidem, n. 8. C. de judic.* habet enim ubi pedem figat, *ut loquitur Bald.*

Et cum hic textus sectatoribus contrariæ opinionis oculorum aciem valde perstringat, prænominati supra auctores mallei malefic. aliique inquisitores, quique eos propter auctoritatem vel gratiam sequuntur, allegatum c. Episcopi variè torquent, † & perspicuam illius dispositionis literam variis interpretatio- 43
nibus evertere conantur, communiter inferentes, in isto capit. non agi de hac secta modernarum Lamiarum, seu strigarum, sed aliâ longè diversa.

Barthol. Spin. *de Strig. cap. 25.* Alfons. à Castr. *lib. 1. de iust. hæret. punit. cap. 16.* Paul. Ghrilland. *de Sortileg. q. 7.* idque multis persequitur Petr. Binsfeld. *de Conf. malef. circ. fin. in resolut. argumentorum.*

Verùm isthac tergiversatione & similibus commentis, textus allegati auctoritatem non infringunt. Quamvis enim iste loquatur de ejusmodi secta sagarum seu à Diabolo deceptatum fœminarum, † quæ credebant, quod equi- 44
tarent cum Diana Dea paganorum & Herodiade, & innumerâ multitudine mulierum super quasdam bestias, &c. Item quæ putârint aliquid Numinis & divinitatis esse præter Deum: quâ ignorantia modernæ lamiæ non laborant, cum similibus diversitatis circumstantiis: attamen certum est, in realitate & fundamento isthæc convenire, quamvis in modo & circumstantiis varient. Conveniunt enim I. in hoc, quod sicuti nostri temporis Sagæ & dementatæ mulierculæ, à Deo, ad Satanam se convertunt: ita & relatæ in illo capit. mulieres, sceleratæ & ad Satanam conversæ, & Dæmonum illusionibus seductæ, illius præstigiis credere dicuntur. II. Sicuti relatæ in d. cap. mulieres putârunt se equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire, & Diabolo, comparenti in forma Dianæ, velut Dominæ, obedire, eique servire: ita & modernæ Lamiæ confitentur ejusmodi delationes, conventicula, & quod in illis ut plurimùm Diabolo in forma hirci apparenti serviant & obediant.

Habet enim multos & infinitos fallendi homines modos Diabolus, † qui 45
tamen semper est sui similis, & per diversas fallacias, actus, & fraudes ad eandem metam collimat, ut artibus suis, & præstigiis, homines à veri Dei invocatione ad sui cultum perducat, & in æternæ damnationis barathrum præcipitet. Quod enim olim Diabolus in formæ Dianæ & Herodiadis (tunc temporis

enim

enim ita ei commodum id fuit, propter recens desertum, & adhuc in memoria & opinione multorum ad Christi fidem conversorum, residentem Ethnicismum, in quo Diana pro Dea colebatur) versutus hostis practicavit, comitando Sagas, & ad conventicula deducendo, id hodie in forma hirci vel equitis, aut alius phantasmatis efficit. Nam ex ipsarum Lamiarum confessionibus, asserentium se hircis, scopis & bestiis insidere & equitare, idem apparet: Quòd &
46 modernæ Lamiæ aliquid divinitatis Diabolo tribuant, † id ex eo satis apparet, quod divinos honores eidem deferant, cultu adorationis & venerationis. Eandem itaq; & tunc egit, & hodie adhuc Diabolus agit fabulam, sive tragœdiam, & ad eundem effectum, quamvis modo alio atq; alio. Cùm itaq; ratio decisionis illius cap. sit generalis (prout semper lege ipsâ generalior debet esse ratio) ita ut in fundamento tam nostri temporis Lamiis, à Diabolo deceptis, quàm ibi, ab eodem demantatis convenire possit, ipsa etiã lex in nostri temporis La-
47 miis locum habebit. Ubi enim eadem ratio, † ubi idem jus dominetur oportet.
48 *l. generali, ff. de fidejuss.* Cravett. *consil.* 187. *num.* 2. idq; obtinet, etiamsi lex † in hypothesi certarum personarum vel circumstantiarum intuitu disponat specialiter, ratione tamen additâ generali, nihilominùs generaliter accipitur, *text. in l. regula, circ. fin. ibi:* & licet municipum mentio fiat in hac epistola, tamen etiam in qualibet persona idem observabitur, *ff. de jur. & fact. ignor.* Bart. *ibid.* Hieronym.
49 Schurff. *consil.* 18. *n.* 4. *cent.* 1. Casus enim similis † expresso, ex identitate rationis habetur pro expresso, *arg. l. fin. ubi* Bart. *C. de instit. & subst.* Bald. *in l. diversas, n.* 3. *C. mand.* Paul. Paris *consil.* 66. *n.* 59. Cravett. *consil* 62. *nu.* 14. *& cons.* 130. *n.* 7. Tiber. Decian. *respons.* 28. *n.* 23. *lib.* 2. ideoq; interpretatio quæ fit ex rationis in lege ex-
50 pressæ generalitate † non est extensiva, sed comprehensiva.

Surd. *consil.* 25. *n.* 38. *&* 39. *vol.* 1. Gylmann. *in symphorem. supplic. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 3. *n.* 7. *in fin fol.* 187. Prosp. Farinac. *consil.* 30. *num.* 77. *lib.* 1. Dauth. *in expos. l. fin. n.* 87. *C. de pact.*

51 Sicut namq; genus † complectitur omnes species (inter se licet diversas & contrarias) ita ratio in lege expressa omnes casus expressis similes, Bald. *in l. de quibus, ff. de legib.* Dec. *in l. nemo,* 11. *num.* 5. *C. qui testam. fac. poss.* Forster. *in tractat. de succes. ab intest. lib.* 7. *c.* 4. *num.* 14. Johan. Meichsner. *decis. Camer.* 9. *n.* 206. *tom.* 3. etiamsi in una atque altera circumstantia varient, cùm simile non sit idem. Quamobrem cùm dispositio & ratio dicti nostri textus sit clara & perspicua,
52 locum habet regula tradita à Verallo *decis. Rom.* 28. *n.* 3. quod in claris † stare debeamus textui expresso, *per tex. in l. ille aut ille*, §. *cum in verbis, ff. de legat.* 3. *l. continuus*, §. *cum ita ff. de verb. oblig.* Decian. *consil.* 503. *n.* 3. nec adhærere glossis, Bald.
53 *consil.* 342. *col.* 2. *vol.* 1. Nam interpretatio † in casu claro redolet calumniã, ut post Curt. scribit Meichsner. *decis. Camer.* 30. *n.* 3. *tom.* 3. Herm. Vult. *consil. Marp.* 29. *n.* 5. *vol.* 2. *addens ex* Baldo *ad l. certo generi, ff. de servit. rust. &* Bursat. *cons.* 360. *n.* 24. *vol.* 4.
54 ubi dicit infirmitatem intellectus † esse, quærere conjecturas cùm habemus

verba

verba clara: & eo casu nimiùm subtilizare † nihil aliud est, quàm perniciosè er- 55
rare, ut dixit Joseph. Ludovic. *decis. Lucens.* 48. *n.* 2. ideoq; aliâ viâ textus nostri au-
ctoritatem conantur evertere, Johann. Bodinus, *d. supr. loco.* & Petr. Gregorius
Tholosan. *de republ. d. cap.* 28. *n.* 16. ubi refert hoc cap. inter paleas, † quæ non ha- 56
bent juris auctoritatem.

Deinde dicit concilium illud Ancyrense, † ex cujus decretis hoc cap. le- 57
gitur desumptum, esse suspectum, cùm nesciatur, quo anno, & sub quo Ponti-
fice illud sit celebratum.

Breviter respondemus negando, quod illud capit. referatur inter paleas,
† quia istis capitulis, quę inter paleas referuntur, illud verbum, PALEA, expresè 58
semper legimus super inscriptum, uti apparet ex inscriptione capit. Constanti-
nus distinct. 96. & similium.

Præterea constat ex Historicis concilium illud Ancyrense, † seu ut qui- 59
dam illud denominant, Ancyranum, celebratum fuisse circa An. Christi 357.

Ut apparet ex Chronolog. D. Christophori Helvici, insignis Historici,
Chronologi, ac Theologi quondam in Illustri Giess. Academ. Profess. sub. rubr.
de Conciliis. Et scribit Gabriel. Prateol. *in narrat. de Concil. Eccles. Christ. n.* 3. in hæc
verba: Concilium Ancyranum fuit quidem provinciale, ab Ancyra Galatiæ ci-
vitate dictum, sed tamen receptum in 6. Synodo generali Constantinopoli, ut
patet ex Canone 6. Synod. Et expresè canonizatur in *c. quoniam sancta distinct. 16.*
junct. c. prima adnotatio, distinct. ead. Et in c. de libell. distinct. 20.

Neque ad rem facit, quod non referatur, sub quo Pontifice illud conci-
lium sit celebratum, quia circa id tempus generalis iste Pontificis Romani pri-
matus † nondum fuit in esse, quem primus Bonifac. 3. Papa à Phoca Impera- 60
tore anno circiter 607. sibi redemit.

Onuphr. Panuin. *in vit. Bonifac.* 3. Cario *in Chronolog. sub rubr. Imperatores*
Constantinopolitani de imper. Phoc. Alciat. *ad l. omni innovatione, C. de Sacrosanct. Eccles.*
D. Mentzer. *in disp. Anti-Pistor. ult. thes.* 18. Bronchorst. *in miscellan. assert.* 80. *cent.* 2.

Et cum hoc negare non possit Petr. Binsfeld. *alleg. supr. loc.* aliter respondet,
videlicet † Concilium illud non fuisse generale, sed Provinciale, ideoque non 61
potuisse statuere ita contra sacras literas. Verùm neq; hoc elidit auctoritatem
nostri textus, cùm certum sit juris Canonici capitula auctoritatem habere à
Pontifice, † undecunque illa & ex quibiscunq; scriptis seu conciliis desumpta 62
sint. Sic capitula illa quæ ex Divi *Augustini, Hieronymi, Cypriani, Chrysostomi*, alio-
rumq; Patrum scriptis desumpta sunt, juris authoritatem obtinent, & ad cau-
sarum decisionem allegantur, non quatenus sunt *Augustini, Hieron. &c.* sed qua-
tenus à Pontifice, usurpante juris condendi potestatem, comprobata & inter
Canones relata sunt. Thom. 12. *q.* 104. *artic.* 3. Imol. *in c. cum tanto, n.* 7. *&* 8. *de con-*
suet. Ravis. *consil.* 68. *num.* 106. *lib.* 4. *quos in simili allegat, & decidendo sequitur* Prosp.
Farinac. *decis.* Rot. Rom. 74. *n.* 5. ubi refert, Dominos de Rota censuisse, quod

Pontifex ceu Legislator præceptum veteris testamenti judiciale mortuum, possit vivificare illud, desuper disponendo: similiter & concilii cujuscunq; decreta pro jure assumere, & ejus auctoritatem tribuere poterit, quod tamē in dubium vocare videtur, Mart. Delr. *Disquisit. Magic. lib. 5. sect. 16.* Qui tamen confutatur in tractatu *anonym.* de processu adversus crimen veneficii, *Colon. Agrippin. An. 1629. sumptibus Constantini Münch. edito, p. 63. & seq. ubi ita scribit.*

» Existimo, huic decreto Ecclesiastici Canonis authoritatem derogari non
» non posse: Quod his rationibus probatur.
» I. Quia Canon hic corpori Juris Canonici, & jam olim ab antiquo &
» novissimè à Gregorio XIII. recognito & approbato, ita insertus est, ut nullo
» verbo aut signo, quod in aliis suppositiis fieri solet, ei Canonis Ecclesiastici au-
» thoritas abrogetur.
» II. Quia Glossa aliisque Canonistis & Interpretibus *ibidem* ita receptus
» est, ut nec unus, quod sciam Canonista eum repudiet, quem ita etiam, uti dixi-
» mus, recipiunt Burchardus, Navarrus locis citatis: Nec Theologi hactenus eum
» repudiarunt, sed defendit recens etiam Suaretz *tom. 1. de relig. lib. 2. de superstit. c. 16.*
» *n. 26.* Nec dubitant Vasq. *ad 1. p. 5. Thom. disp. 184 c. 2.* & Valentia *disp. 4. q. 2. pun. 2.*
» Durum est autem in materia propriè Canonica concernente, à commu-
» ni Canonistarum omnium, cæterorumq; Doctorum sententia recedere.
» III. Idem Canon prima etiam origine sua maximæ & vetustissimæ au-
» ctoritatis esse comprobatur: cum sit vel ipsius concilii Ancyrani I. Ut Gratia-
» nus, & communiter Canonistæ, & Doctores in decreto ibidem notarunt, non
» quidem unus ex ordinariis ejus concilii canonibus, sed ex quodam appendice
» seu generali decreto ab eodem Concilio edito, ut referunt Binius *tom. 1. conciliorum* (ubi etiam concilium illud Ancyranum refertur approbatum à Concilio
» Nicæno) & Caranza in summa conciliorum. Sub finem Concilii Ancyrani, ubi
» refert id approbatum à Synodo Trullana cap. 2. Vel certè sit Damasi Papæ, è
» quodam Concilio Romano, ut sentiunt Baronius, *An. Christi 374* & Binius *loc. cit.*
» Quandoquidem prorsus similia leguntur in vita Damasi Papæ, quæ extat
» Romæ, *in pervetusto de vitis Sanctorum Codice S. Mariæ Majoris*; ubi postquam reli-
» qua relata essent ex Synodo Romana, in quo Damasus Macedonium & Apol-
» linarem damnavit, adjungitur, *anathematizatos in ea synodo esse, maleficiis, superstitio-*
» *nibus & incantationibus servientes.* Ac simul, ne quis aliò hoc trahat, expressa fit
» mentio earum mulierum, quæ putabant, *se nocturno silentio, cum Herodiade & uni-*
» *versa multitudine mulierum super bestias equitare, & multa terrarum spatia peragere*, ut
» refert recens quædam annotatio Gregorianæ editionis Decreti.
» Et fieri etiam potest, ut Canon ille à Concilio Ancyrano dudum editus,
» denuò quasi renovatus, & ad praxin revocatus fuerit Decreto Damasi, & benè
» Suaretz *loc. citat.*
» IV. Accedit, quod de mulieribus illis eadem habentur *tom. 3. Augustini*

libr. de

libr. de spirit. & lit. cap. 28. Qui etsi non sit Augustini, sed authoris non paulò recentioris, *est tamen liber doctus & pius*, ut recenset Bellarminus, *lib. de scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino*: Et multò verisimilius est, hunc auctorem ex illo decreto partem descripsisse, quàm contrà.

V. Deniq; nullum est firmum argumentum, quo probetur, canonem illum suppositum esse, imò nullum ferè aliud, quam quòd à materiæ in eo decisæ & assertæ inconvenientia noviter à nonnullis desumptum est; quod argumentationis genus ad convellendam antiquorum scriptorum, & antiquitus receptorum authoritatem, & per se odiosum & sæpè fallax, & hoc loco importunum infirmumque est; cùm sine ullo absurdo illius doctrina rectè explicari & defendi possit, ut mox dicetur.

Neq; admittere aut credere possumus, quod sine sufficienti probatione asserit, an suspicatur Delrius *cit. lib. 5. sect. 6.* quædam, quæ scilicet minùs probantur, à Burchardo, vel aliis inserta; cùm ea dudum ante Burchardum, sive in decretis ipsius concilii Ancyrani, sive in vita Damasi, legantur; ut taceam auctorem libri *de spirit. & lit. cit. locis*. Ex quibus omnibus concludimus, hunc canonem, secundùm id, quod in eo per se & principaliter intentum ac definitum est, planè habere vim Ecclesiasticæ regulæ. Et hoc est primum pronunciatum, quòd de hac re statuimus.

Quicquid itaq; sit de illo Concilio, satis est, quod hoc capit. à Pontifice inter canones relatum, & juris indubitati auctoritate donatum sit. Verùm dices, quid Pontificis & juris ab eo constituti auctoritas ad nos, qui in terris Imperii vivimus, eumque superiorem non agnoscimus? Paucis respondemus, juris canonici auctoritatem passim in terris Imperii receptam † maximè in causis 63
concernentibus conscientiam & res spirituales.

Mynsing. *obs. 6. cent.* 4. Johan. Dauth. *de testam. n.* 8. Hermann. Vult. *in prolegom. Iurisprud.* Modestin, Pistor. *consil. 16. n. 6. vol. 1.* non quidem in gratiam Pontificiæ †auctoritatis, & velut ab eo profectum, sed tanquam jus nostrum, spon- 64
taneo ac liberrimo Principum ac Procerum Imperii consensu receptum.

Regner. Sixtin. *de regalib lib. 1. c. 4. n. 118. in fin.* Johann. Gœdd. *de contrab. stipcap. 6. concluf. 7. nu. 109.* neque simpliciter & in totum, † sed quatenus res in iis 65
propositæ juris naturalis & divini vestigia imitantur, *juxta text. in c. fin. in not. distinct. 9.* Matth. Stephan. *de Iurisdict. lib. 3. part. 1. c. 3. n. 23.*

Et quoad Augustanæ Confessionis addictos Status & cives Imperii ita expressè consulendo determinavit, †post Modest. Pist. *alleg. modo consil. Celeberrimus* 66
Germaniæ IC. Ernest. Cothm. *consil. 28. n. 70. vol. 1.* ubi in hæc verba scribit: Augustanam Confessionem profitentes jura ista Canonica omninò obligare, quatenus nominatim non sunt abrogata, neque etiam juri divino repugnant, jam verò textus capituli nostri neque juri divino repugnat, neque abrogatus est lege aliqua civili, tantò minus naturali rationi repugnat, ut ei magis quàm contraria congruat sententia, ut ex seqq. apparebit.

67 Non tamen eorum comprobamus ſententiam, † qui contra literam & ſenſum hujus capituli illud extruere volunt, omnes lamiarum cum Diabolo negotiationes, actiones, veneficiorum præparationes, & hominibus ac brutis præparatorum applicationes eſſe merè imaginarias, & nuda phantaſmata, adeoque in eas non ita ſeverè animadvertendum, quod expreſsè pugnaret cum ſacris literis & legibus noſtris, quæ illas occidere jubent, *Exod. 22. verſ.* 18. quod præcipuè Paul. Ghrilland. *de Sortil. q. 3. n. 9.* & alii ex diſſentientibus impugnant.

Neque hoc, quaſi nunquam Diaboli potentiâ effici poſſit, ut Lamiæ corporaliter ad locum conventiculi deferantur, contra quos potiſſimum allegati ſupra auctores & inquiſitores diſputant, ſed juxta verum ſenſum illius ca-
68 pituli, ut plurimùm congregationes & ſaltationes iſtas nocturnas † fieri illuſoriè & phantaſticè. Ita etiam declarat Johan. Scultet. *in tract.* von Zauberey vnd Zauberen *cap.* 7. Confer etiam quæ noviſſimè ſcripſit Fridericus Balduinus, *de Caſib. conſcient. lib. 3. c. 5. caſ. 7.* ubi dedicat negari non poſſe Diabolum *interdum* corpora ſuorum mācipiorum aliò transferre & ab hac ſententia non alienus eſt Martin. Delr. *Diſquiſ. Magicar. lib. 2. quæſt. 16. fol.* 169. ubi dicitur illam ſe putare opinionem veriſſimam: NONNUNQUAM verè Sagas transferri à Dæmone de loco ad locū, hirco vel alteri animali, vel arundini veræ, ſcoparum vè baculo etiam vero, ſed acto & ſublevato à Dæmone inequitantes, corporaliter conventui nefario intereſſe. *Hactenus ille.*

Uti juris auctoritate hæc nititur ſententia, ita ſecundò rationi naturali
69 magis congruit; Siquidem ex plurimis Lamiarum confeſſionibus, † quæ ab utriusque opinionis defenſoribus adferuntur, conſtat, eas credere & aſſerere, quod poſtquam ſe oleo Diaboli arte ad id confecto inuxerint, per caminum, exiguas feneſtrarum vel parietum rimas, aliaque anguſtiora loca, ſcopis inſidentes evolare, & per aerem ad locum deſtinatum deferri poſſint Hoc autem
70 cum naturæ pugnat principiis, † ut corpus majus penetret per ſpacium improportionatum, per foramina videlicet feneſtrarum & parietis, quod per Dæmonem non magis fieri poſſet, quàm ut Camelus tranſiret per foramen acus, quod ab ipſo Salvatore habetur pro impoſſibili, *Matth. 19. v. 24.* & eruditè deducit Johan. Wier. *de præſtig. Dæmon. lib. 3. cap. 13.* & poſt eum Johan. Gœdelman. *in tract. ſuo de Lam. lib. 2. cap. 4. n. 40.* Ubi addit hanc rationem, quod Corpus, & quicquid loco circumſcribitur, ſeu omne locatum debeat eſſe ſuo loco proportionatum, alioquin dandam eſſe corporum penetrationem, quod contra naturam & omne Phyſicum eſt principium. Indeque & noſtri dicunt, quod ex-
71 perimenta † verorum ſermonum debent concordare cum rebus ſenſatis, *ut not.* Bald. *in tract. Schiſmat. quem poſuit ſub rubr. C. ſi quis aliquem teſt. prohib. Et in l. fin. C. de edict.* Div. Hadr. *toll. & in l. teſtium C. de teſtib.*

72 Et præſupponendus eſt † aptitudinis actus in quolibet corpore naturali, ut eſt Philoſophorum regula, quam noſtri ita inferunt, ſemper in quovis actu

præſup-

præsupponendos esse terminos habiles, *l. adigere 6. §. quamvis. ff. de lur. patronat.* Anton. Fab. *in C. rer. in* Sabaud *judic. lib. 5. tit. 17. defin. 1.*

Accedit & hoc, quod ex ipsarum Lamiarum plurimis confessionibus cõstet, † quod putent & asserant, quasdam ex numero illarum, non rarò à Diabolo verè trasmutari in feles, aliasque bestias; quæ essentiarum in creaturis mutatio verè & realiter fieri omninò non potest, † cùm essentiæ rerum sint immutabiles, Scalig. *lib. 2. de Caus. ling. lat. pag. 202. & p. 131.* ubi dicit, essentiam rerum mutari, qui dixerit, scuticâ castigandum esse. 73 74

Virtutem † istam transformandi unam creaturam in aliam, neque Diabolo propriam esse, neque à Deo ei permissam, sed soli suæ divinæ Potentiæ reservatam, æque ac vim producendi creaturas ex nihilo, qua etiam à Dæmoniis gentium distinguitur, *Ierem. 10.* novissimè multis deducit Frider. Balduin. *de Casib. conscient. lib. 3. c. 5. cas. 8.* ubi etiam adducit August. † *lib. 18. de Civit. Dei, c. 17.* in hæc verba scribentem: Nec sanè Dæmones naturas creant, sed specietenus, quæ à verò Deo sunt creata commutant, ut videantur esse, quod non sunt. Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim dæmonum arte vel potestate, in membra vel lineamenta bestialia veraciter posse converti: Sed phantasticum hominis qui etiam cogitando vel somniando per rerum innumerabilia genera variatur, & cum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominum sensibus, &c. Quinimò hæreticum esse istam vim transformandi Diabolo tribuere scribit Decian. *in tractat. Crimin. lib. 5. cap. 17. vers. 38. uti eum ad hoc allegat* Farinaci *de Hæres. quæst. 181. n. 18.* 75 76

Ideoque verius & naturali rationi ejusque principiis convenientius est, post inunctionem Diabolicâ superstitione factam, Lamias plærumque in profundum somnum incidere, & à Diabolo forti quadam imaginatione, phantasiis † & præstigiis in apparentia variarum specierum occupari & sic illis illudi, maximè cum & Medici unctionibus quibusdam quandoque naturaliter somnum vehementissimum inducant, inunctis temporibus ægroti, ut experimento adducto Barthol. Spine. *in tract. suo de Strigib. cap. 2. probat:* vel etiam potionibus adhibitis, quas ipsi soporifera vocant, quæ ita profundum somnum inducunt, ut etiam exquisitissimis corpori illatis cruciatibus non expergiscantur, prout fieri audivimus in abscissione membrorum infectorum. 77

De ejusmodi unguento † quod singularem efficaciam habet, ut per illud variè conspiciantur rerum species scribit Cardan. *lib. 18. Subtil.* differentem refert Wier. *d. lib. 3. cap. 17.* & scribit Keckerm. *in disp. suis extraord. disp. de fulmin. prob. 2.* 78

In Lamiis multa à Satana effici phantastica † somniorum ludibria & mentis illusiones: cùm etiam naturaliter nonnullis sæpissimè tam expressa rerum simulachra objiciantur in somniis, ex Physicis quibusdam mirabilibus constare exemplis, ut non somniantes, sed vigilantes ea externis sensibus apprehendisse, 79

hendisse, aut externo opere executos sese fuisse jurare ausint, ideoque non difficile esse Diabolo, cooperante spirituali & occultâ fascinatione, ita Lamiis illudere.

Nec desunt pro Tertiò exempla singulariter observata, quòd eo ipso
80 tempore, † quo Sagæ confessæ & conspectæ sunt fuisse in ludis & choreis, apud maritos in lecto, vel alio loco revera fuerint. Hujus rei experimenta recenset Alciatus, se à magnæ fidei hominibus cognovisse. Et refert notabile exemplum Paul. Ghrilland. *de sortileg. c.* 10. Quod maritus quidam in oppido ag Sabinensis uxorem de hoc crimine suspectam habens, decreverit, (cùm ex rumore eam sæpiùs ejusmodi choreis interfuisse cognosceret) ipsam observare, cœperitq; plurimis noctibus diligenter vigilare, noctesq; circiter duodecim egerit insomnes, studiosè attendens, num illa ad ludos istos nocturnos evagaretur: Hic nihil unquam fraudis comperit, sed manibus eam semper in lecto contrectavit. Paulò post illa accusata & quæstionibus subjecta, confessa eo ipso tempore & horâ, quâ maritus eam in lecto manibus contrectatam tenuit, interfuisse choreis, quòd & aliæ ejusdem criminis accusatæ fassæ sunt. Maritus verò in conjugis patrocinium præstito juramento gravissimo affirmavit, istam illâ nocte, maximè illâ horâ, secum decubiisse in lecto.

Aliud exemplum non minùs notabile adducit Johann. Godelmann. *dict. supr. loc. n.* 29. quod in Ducatu Megapolitano acciderit, de famulâ quadam, Domino suspecta, ex qua ipse confessionem extorserat, quod certo & designato tempore, ipsi migrandum sit in montem Bructerorum. Dominus ille adjunctis sibi pastore & domesticis famulam diligenter in conclavi custodit, & observat, quòd postquam illa unguentis corpus suum illevit, in profundum somnum inciderit, ut excitari non potuerit. Altero autem mane interrogata respondit, se in monte Bructerorum cum aliis mulierculis revera fuisse, nec aliud sibi persuaderi passa est. Alia passim ab aliis observata recensentur exempla. Neque est, quòd hic aliquis regerat, Diabolum potiùs assumptâ ita uxoris & famulæ dormientis formâ, marito & Domino illusisse; Nam ad hoc tersè respondet Alciaciatus *d. mod. loc.* Cur non, inquit, potiùs Cacodæmonem cum suis Dæmonibus, uxorem verò cum suo marito fuisse præsumis? cur verum corpus in ficto lusu, phantasticum in verò lecto fuisse potiùs credes?

Idque quartò tantò magis in præsenti facti specie, inspectâ puellæ istius
81 stolidæ Margaretæ M. de qua in actis memoratur, confessione, † quæ circumstantias & apparitiones tales enarravit, quas vel ipsi adversæ partis sectatores non nisi pro meris Diaboli illusionibus, imaginationibus, & phantasiis haberent, utpote quod Lamiæ ex poste vinum prompserint, wie in der alten N. Hauß/ etliche Hexen conventus vnd Gesabbath gehalten/ hetten sie den Wein auß dem Stender gezapffet/ Item in dem Conventu zu Bremen/ in der N. Lust-Hausse/ wehren die frembden Zauberschen/ so hernacher Nahmhafft gemacht/

macht/nach gehaltener Gasterey auß dem Fenster geflogen/ vnd sich als Krämers ins Fenster gesetzet/ *ut apparet ex Protocoll. de 23. & 24. Ianuar.* Item/ daß sie sich im tantzen können Vnsichtbar machen/ sonsten nicht/ &c. *Protocoll. de 27. Ian. ad 13. art.* Item/ das ein angegebene Hexe die N. sich in gestalt einer Fliegen/ so dan einer Katzen verwandele/ auch von J. F. Gn. deß Herrn Bischoffs zu N. Tischet vnd auß S. F. G. Schüssell/ waß sie wol an Speyse durch Zauberey erlangen könne. *Protocoll. de 13. Februar.*

Item reali & corporali Lamiarum præsentiæ in choreis maximè repugnat, quod nominata modò puella viros & fœminas jam dudum defunctas in allegatis à se choreis præsentes quasi se vidisse asserat, quod inevitabile argumentum est illusionum Dæmonicarum, excludendæ regularis & perpetuæ corporalis præsentiæ Lamiarum in nocturnis vel diurnis conventibus, † Certum enim est semel mortuos homines Diabolum non posse resuscitare & corporaliter sistere in istis conventiculis, cùm resuscitare mortuos solius divinæ sit opus potentiæ, *per tradita* Farinac. *in Pract. crimin. q. 20. n. 79. ubi dicit*: hæreticum esse id Diabolo tribuere, adeò ut is omnibus suis viribus ne pulicem mortuum suscitare possit, ut scribit Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib. 13. c. 28. n. 10.* 82

Huic tamen obstare videtur, † quod mulier Pythonissa Diaboli, & magicis artibus Samuelem ad petitionem Saulis à mortuis reduxerit, quem verum fuisse Samuelem vel ex eo apparet, quod & futura, & vera prædixerit, quæ in Diabolum non cadunt, quia is neque futura prædicere potest, neque vera narrare solet, 1. *Samuel. cap.* 28. 83

Respondetur † *ex cap. nec mirum 26. quæst. 5.* Quod indignum sit secundum verba historiæ commodare assensum. Fieri enim non potuit, ut arte magicâ attraheretur vir & nativitate sanctus & vitæ operibus justus. Aut enim invitus adductus est, & nullum suffragium habet Dei gratia, & scriptura quæ testatur, quod animæ justorum in manu Dei sint, & tormentum non tangat eos, *Sap. 3. v. 1.* neque ulla molestia, *Apoc. 14. v. 13.* Aut voluntarius, & amisit bonum spirituale, quod positus in carne quæsierat, quod absurdum est, quia qui hinc justus recedit, permanet justus, & coronam justitiæ sibi à salvatore applicatam possidet, *Apoc. c. 2. v. 10.* 84

Hoc enim est præstigium Satanæ, ut habet textus in d. c. nec mirum quo ut plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere confingit, ideoque ut errorem faceret, in quo glorificaretur, in habitu viri justi se subornavit. Præterea: Historicè hæc ita in d. cap. 28. describuntur, mens videlicet Saulis, habitus Samuelis, non expresso, vera an falsa sint. Quinimò si verus Samuel apparuisset, utiq; is ut vir justus non passus fuisset se adorari, qui prædicaverat solum Deum adorandum, sed potius restitisset ceu Angelus ille fecit, *Apocal. 19.* qui Johanni adorationis cultum ipsi deferenti respondit; Noli hoc facere, conservus tuus sum, &c.

Cui

Cui accedit quod iſte Samuel dixit ad Saul: Cras eris mecum. Jam verò Saul fuit reprobatus, Samuel verò juſtificatus, quomodo ergò potuit verus ille eſſe Samuel? Cùm inter fidelium & infidelium animas Chaos magnum ſit confirmatum, ut nec hi ad illos neque illi ad hos venire poſſint, *Lucæ 16. v. 26.*

85 Eamque † ſententiam ſancti Patres tuentur. Auguſtin. *lib. 2. de Mirabilibus S. ſcript. cap. 11. ita ſcribit:* „ Qualiter Samuel à Pythoniſſa ſuſcitatus dicitur, dum „ illa dæmoniacis incantationibus & præſtigiis uti videtur? Et quomodo Saul „ qui in viventibus Dei prophetis reſponſum non invenit reſuſcitatum morte „ Prophetam audire meruit. Unde non hunc eſſe Samuelem illum Prophetam, „ per factum facilius intelligitur: Sed Diabolus qui ſe transfert in Angelum lu„ cis, in Phantaſia Samuelis conſideretur. *Et in lib. 2. ad Simplician. q. 3. ita concludit;* „ Ut non verè ſpiritum Samuelis excitatum à requie ſua credamus, ſed aliquod „ phantaſma & imaginariam illuſionem, Diaboli machinationibus factam, „ quam propterea ſcriptura nomine Samuelis appellat, quia ſolent imagines, ea„ rum rerum nominibus appellari, quarum imagines ſunt, idem etiam ſentit, Juſtinus Martyr. *Reſponſione ad quæſt. 52. uti eum allegat* Oſiand. *in gloſ. ad cap. 28.* Samuel. Chemnit. *in 3. parte Exam. concil. Trident.* Et teſtatur hiſtoria, ſive parabola de Divite, & Lazaro quod ille, cum in tormentis eſſet, rogans Abraham, ut ex mortuis aliquis ad convertendos fratres ſuos iret & ad pœnitentiam eos hortaretur, repulſam omninò tulerit, *Lucæ 16. v. 29. & ſeqq.* Et de hac quæſtione remiſſivè agit Farinac. *in tract. de Hæreſ. q. 181. n. 58.*

86 Neque adverſatur, quod ibi Sauli † inſtans ipſius exitium & mortem prædixerit, quia hoc non difficile fuit Diabolo ex apparatu hoſtium Saulis, aliisque circumſtantiis, ſignis & conjecturis, maximè cùm à Saule tunc Dei protectio & gratia receſſerat, & is extremis deſperationis laqueis involutus erat;, imminentem prope mortem prædicere.

Neque obſtat, quod vera dixerit, quia & hoc Diabolum ſæpius feciſſe apparet, modò finem ſuum conſequatur. Quinimò ſingulari Dei permiſſione Diabolum vera prædicere poſſe dubium non eſt. Et notat Paul. Ghrilland. *de Sortileg. quæſt. 6. n. 7.* quod Diabolus, ut facilius hominem decipiat, de futuris
87 interrogatus reſpondeat † implicitè & verbis dubiis, quæ in utrumque eventum ab ipſo deinde torqueri poſſunt, juxta illud quod Græcis prænunciâſſe legitur iſto verſiculo: Ajo, te Ajacidem Romanos vincere poſſe. Simile illud Peruſino cuidam conſulenti Diabolum datum reſponſum: Ibis, redibis, non morieris in bello. Sic & hoc caſu non explicitè ſed implicitè Sathanas reſpondit Sauli, dicendo: cras eris mecum, quæ utique verba, ſi aliter res cecidiſſet, ſatis artificiosè potuiſſet in alium ſenſum vertere.

88 Sed adhuc unicum videtur adverſari, † quod legitur *Syrac. 46. verſ. fin.* ubi iſte Samuel tanquam verus Samuel & Propheta deſcribitur: Huic tamen
89 *Reſp.* I. librum iſtum † non eſſe Canonicum, ſed Apocryphum, II. Syracides

ibi

ibi narrat tantùm historiam, prout illa in libris Samuelis describitur, nihil autem desuper disponit aut asseverat de vero vel ficto Samuele, uti respondet Ludovicus Lavater *in tract.* **von Gespensten** *&c. part. 2. cap. 8.* Et in jure nostro habemus quòd verba narrativa nihil disponãt, *l. verba ubi*, Bald. & Salycet. *C. de testam. milit.* Bart. *in l. ex hac scriptura de donat.* Wesenbec. *consil. 73. n. 7.*

His itaq; fundamentis & rationibus licet numero paucioribus, pondere tamen multò solidioribus veritas posterioris sententiæ de nocturnis istis Lamiarum conventiculis, videlicet plerumq; illusiones & phantasmata & non vera corpora in istiusmodi conventibus apparere, satis emergit. Nam veritas paucis † & modicis, efficacibus tamen rationibus contenta est, *arg. l. ita vulneratus, ff.* 90
ad L. Aquil. Udalr. Zasius *consil. 13. n. 16. in fin. vol. 2.* Anton. Quett. *consil. 75. nu. 1.* & tribus verbis, ut dicit Besold. *in tract. de reformat. & pac. Religion. dissert. 1. n. 8.* & ratio una fortior, vincit plures minùs fortes Zas. *consil. 15. n. 42. vol. 1.*

Sicuti unus Nestor apud Græcos olim pluris erat, quàm mille Thersites, dicente Horatio: Thersites numerum, non vires auxit Achivis. Neq; hæc nostra sententia, † quam hîc tuemur, singularis, sed à Patribus suprà citatis & plu- 91
rimis tàm Theologis, quàm JCtis, Politicis, & Physicis communiter approbata est: Nam primò post textus allegatos eam approbat *glossa, ad d. c. Episcopi, 26 q. 5.* cujus auctoritas † alias antecellit, secundùm Bart. *in l. ut vim. ff. de just. & jur.* Abb. 92
in c. 1. de constitut. Zas. *consil. 3. n. 63. l. b. 2.* Regner. Sixtin. *consil. Marp. 11. num. 66. vol. 3.* Nevizan. *in sylv. Nup. tit. quomodo judicandum, n. 25* & in dubio ob contrarias Dd. opiniones glossæ opinio præfertut Johan. Vincent. Honded. *consil. 60. num. 28. vol. 2.* ideoq; ab ea † tanquam communi in judicando & consulendo recedendum 93
non esse scribit Bald. *in l. cum hereditas, C. depositi.* Salycet. *in l. traditionibus, C. de pact.* Matth. de Afflict. *decis. 384. n. 3.* Guid. Pap. *decis. 277. n. 2.* idq; maximè quando cum textu navigat Henning. Goden. *consil. 109. num. 13.* Ernest. Cothmannus *consil. 45. n. 34. vol 5.* Regner. Sixtin. *consil. Marp. 11. n. 66. vol. 3.* Idem sentire B. Augustinum, † suprà relatum est, *in lib. de spirit. & Anim. c. 28. habetur in notat. ad. d. c.* 94
Episcopi. Et de Civit. Dei. l. b. 18. c. 18.

In eam sententiam descendit † Beatus Lutherus, ut testatur Johann. Go- 95
delman. *de Lam. lib. 2. c. 4. n. 28.* ubi refert, quod cùm aliquando ipsius conjunx ei narrasset, à Diabolo puerperam sublatam fuisse respondit in hæc verba: **Es hat der Frawen also gedaucht / alß führe sie der Teuffell in die Lufft / dann er machet die Leute schlaffend / welches er auch leichtlicht thun kan / vnnd machet Gauckelwerck jhnen vor den Augen / damit sie spielen / so lang biß sie erwachen.**

Philipp. Melancht. *in libell. suo de anima*, ubi dicit, quartum genus † So- 96
mniorum esse Diabolicum, ut cum veneficæ videntur sibi interesse conviviis ac ludis, cum sæpè compertum sit eas nusquam abiisse, sed dormientes gestu & clamore somnia conviviorum & saltationum significasse. Johannes **Geyer** / Theolog. D. & Pastor quondam Cathedr. Ecclesiæ Argentoratensis, eandem

ſententiam in multis concionibus legitur comprobaſſe, ut apparet ex extractu quarundam concionum Wieri tractatui *de præſtig.* annexo. Et inter alia, in concione quam habuit die Mercurii poſt Reminiſcere An. 1508 ita legitur effatus.

97 **Nun frageſtu/ †was ſageſtu aber vns von den Weibern die zu Nacht fahren/ vnd ſo ſie zuſammen kommen/ du frageſt/ ob etwas daran ſey/ wann ſie fahren in Fraw Venus Berg/ fahren ſie/ oder bleiben ſie/ oder iſt es ein Geſpenſt? Ich gebe die Antwort zum erſten: daß ſie hin vnnd her fahren/ vnd bleiben doch an einer Stadt/ aber ſie meinen daß ſie fahren/ dann der Teuffell kan jhn einen Schein alſo in den Kopff machen/ vnnd alſo eine Phantaſey/ daß ſie nicht anders meinen/ dann ſie fahren allenthalben/ vnd meinen ſie gehen beyeinander/ vnd bey andern Frawen/ vnd tantzen/ vnd ſpringen/** idq; rationibus, & exemplo notabili obſervatæ mulierculæ, quæ poſtquam ſe ad effectum evolationis inunxerat, deinceps in profundum ſomnum inciderit, & in ſomniis eluſa ita geſticulata ſit, ut ſcamno decidens caput læſerit, firmat. Et ita etiam ſentiunt.

Franciſc. Ponzinib. JC. Placentin. *in tractat. ſuo de Lam. n.* 44. *& ſeqq* Alciat. *lib.* 8. *Parerg. c.* 22. *ubi dicit hanc eſſe communem noſtrat. Interpret.* Godelman. *de Lamiis, d. cap.* 4. *n.* 15. ubi pariter teſtatur de communi Martin. Arles. *in tractat. de ſuperſtit.* Sigiſmund. Scacc. JCtus Romanus Celeberrimus *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 82. *num.* 10. Johann. Fichard. *conſil* 111. *n.* 2. *ibi:* **daß ich aber ſo viel auff daß Nachtfahren/ vnd Tantzen nicht gibe/ darzu beweget mich/** ꝛc. Ulric. Molitor *in Dialog.* 11. *de Venefic. & Lam.* ubi notabile exemplum adducit, quem allegat & ſequitur Erneſt. Cothman. *conſil.* 12. *nu.* 229. *vol.* 1. Henric. Bocer. JC. & Profeſſor. Acad. Tübing. *in tractat. de quæſtion. c.* 3. *ſub n.* 98. *verſ. verùm enim verò* Et Johann. Harprecht. ejuſdem Academ. Tübingenſ. Profeſſor, *ad* §. *item lex Cornelia. num.* 258. *& ſeq. inſt. de publ. judic* Matth. Stephani Profeſſor Academ. Gripswaldenſis *cent.* 4. *q.* 96. *lit. b.* Johan. Köppen. *obſerv.* 130. *n.* 7. Johan. Schult. *in tractat.* **von Zauberey oder Zauberern/** *c.* 7. ubi poſt multas & ſolidas rationes hiſce concludit verbis: **Iſt derohalben Fabelwerck/ alles waß man ſaget von jhrem Schmierfahren in gemein:** Ita à Johanne Georgio Principe Comite Palatino Rheni conſultus Franciſc. Jacob. Ziegler. Advocatus Cameræ Spirenſis de jure reſpondit 27. Februarii, Anno 1580. in quo conſilio dicit ita concludere, præjudiciis & ſuperſtitionibus non occupatos Theologos, JCtos & alios, quod conſilium extat inter additiones ad Johan. Wier. *tract. de Præſtig.* ubi etiam alia ejuſdem ſententiæ Doctorum virorum reſponſa referuntur.

Auguſtin. **Lerchheimer in ſeinem Bedencken von Zauberey/** *ſub rubr.* **reiten vnd fahren die Hexen auff Böcken/ Beſem Gabeln/** ꝛc. **zum Wohlleben vnnd Tantz/** ubi rationes, exempla, Lutheri aliorumq; auctoritatem pro hac citat ſententia, Wier. *de præſtig. Dæmon. lib.* 3. *c.* 12. 13. *& ſeqq. & lib. de Lam. c.* 5. Keckerm. *in diſputat. extraordin. diſp. de ſulm. problem.* 2. Cardan. *lib.* 18. *unguent. Lam. de ſubtilit. & lib.* 15. *c.* 8. *de variet. rer.*

Reſpon-

Respondetur ad argumenta contraria.

REstat nunc ut ad argumenta pro contraria sententia adducta respondeamus. Et quidem ad I. Respondemus, † rem non accipere veritatem à con- 98
fessione Lamiarum, sed à propria entitate & existentia, *l. Publia in fin. ibiq;* Batt. *nu. 2. & not. ejus ff. depositi l. in contractibus* §. 1. *C. de non numer. pecun. l. pecunia C. de solut.* Cravett. *consil. 1. pro gener. n. 466.*

Quid enim si aliquis cõfiteatur & affirmet se Chymeram esse, ideò tamen, quia ignarus vel illusus id opinatur, Chymera non est. Hinc etiam est, † ut in 99
criminalibus spontanea delicti confessio non sufficiat nisi aliter de ipso delicto constet, *l. 1. §. item illud & l. necessarios §. non aliàs, ubi* Bart. *ff. ad SC. Syllejan. l. 1. §.* Divus Severus, *junct. § 1. ff. de quæstion.* Anton. Fab. *in C rer. in* Sabaud. *judicat. lib. 9 tit. 12. definit. 2. n. 8.* Mynsing. *3. obs. 41* Geil. *1 de Pac. publ. cap. 15. n. 8.* Clar. *§. fin. q. 55. n. 10.*

Deinde cùm istæ confessiones † proficiscantur à talibus personis, quæ 100
sunt dementatæ & illusæ à Diabolo, erroneæ sunt, ideoque non admittendæ, *l. error. & l. cum post. C. de Iur. & fact. ignor. notat. in l. de ætate, § fin. ff. de interrog.*

Destructo enim consequenti, † in quo stat ratio antecedentis, destruitur 101
etiam antecedens, *l. apud antiquos C. de furt. l. si. partem. ff. de publ. jud.* Bald. *in l. Conventicula C. de episcop. &* Cleric. Francisc. Ponzinib. *de Lam. n. 52.*

Sunt enim actiones † seu passiones Lamiarum similes furiosis, idem de 102
illis, earumq; confessionibus, quò ad hoc negotium, quod de furiosis eorumq; assertionibus statuendum est, *per text. d. c. Episcopi.* Godelman. *d. cap. 4. n. 24.*

Error † autem confessionis probatur eo ipso, quo probatur se rem aliter 103
habere, Angel. *de Malefic. in verb. comparuerunt. & in term. defens. produxerunt. num. 1.* Claud. *in addition. ad* Berthazol. *consil. 103. lit. L.* Vincent. Honded. *consil. 66. n. 69. & consil. 102. n. 44. lib. 2.* Prosp. Farinac. *consil. 106. n. 11. in fin. & nu. 13. & consil. 170. num. 12. l. b. 2.* non solùm in totum, sed etiam pro parte. Alciat. *de Præsumpt. reg. 3. præsumpt. 21.* Mascard. *de Probat. lib. 1. concl. 384. num. 2.* Imò in criminalibus † error 104
censetur probatus etiam per præsumptiones & verisimiles conjecturas. Bald. *in l. 2 n. 4. C. de custod reor.* Salycet. *ad l fin. n. 2. C. de probat.* Berthazol. *consil. 162. n. 9.*

Atqui ex supra relatis decidendi rationibus, experientia & exemplis non solùm præsumptivè, sed concludenter satis probatum est, ejusmodi Lamias isthæc confitentes errare in jure & Diaboli præstigiis plerumque fascinari & illudi in facto, ideoq; ejusmodi confessionibus erroneis & fascinatis parum fidendum. Et hinc est quod nostri dicunt contra errantẽ in jure ex hoc solùm non posse criminaliter procedi, Plot. *de in lit. jur. §. 6. nu. 32. quem post alios ad hoc allegat* Prosp. Farinac. *d. consil. 106. n. 3.*

Quod itaque dictum est confessionem esse instar rei judicatæ, † haberi 105
pro veritate, & facere rem verè apparere & notoriam, procedit, si confessio non dependeat ex fundamento juris auctoritate ipsisque rerum documentis

pro erroneo, incerto, fluxo & fragili aliquoties comperto, sed sit verisimilis, fide digna, juri congrua, habens conformationem sive adæquationem rei & principiorum, in ordine ad intellectum, quod non est in confessionibus istis Lamiarum supra relatis.

Neque etiam secundum argumentum multùm stringit, quod videlicet Lamiæ in circumstantiis conveniant, & quam plurimæ quasi uno ore rem geri
106 confiteantur, † siquidem cum omnes Lamiæ eadem Diaboli arte captivæ teneantur, & eodem ferè modo fascinentur & eludantur, nihil mirum si & eandem cantent cantilenam: maximè cum constet Diabolum etiam studere, ut semper sui similis existat Johan. Bodin. *de Magor. Dæmonoman. lib. 2. cap. 4. pag. 212.* ne regnum ejus in se divisum desoletur, ut testatur Salvator noster, *Luc. c. 11.*

Ideoque etiamsi mille mulierculæ eundem errent errorem, nihil obest
107 veritati † cùm multitudo errantium non faciat errori patrocinium, per vulgata.

Hinc ipse Jehova supremus Legislator, in judicio, inquit, plurimorum non acquiescès sententiæ, ut à vero devies, *Exod. c. 23. v. 2.* 3. Et constat quod Dia-
108 bolus † spiritus sit mendax, non in uno vel altero tantùm, sed etiam, quam plurimis, juxta illud: Egrediar & ero spiritus mendax, in ore *omnium* Prophetarum Achab, 3. *Reg.* 22.

Ad III. Respondetur cum à contrariæ opinionis sectatoribus allegata
109 experientia † majori ex parte fragili confessionum Lamiarum fundamento nitatur, parùm ei fidendum. Neque exemplis ita variis, singularibus, contrariis & incertis, certa resultare & oriri potest experientia. Nam datâ vel unâ
110 instantia corruit † argumentum vel maximè ab experientia deductum. *arg. §. pavonum, instit. de rer. divis. l. is qui. §. ego & denique §. quæsitum. ff. quod vi aut clam.* Card. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 6. num. 43.* Carol. Molin. *ad consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 13. gloss. 7. n. 4. ubi dicit:* Ad tollendam consequentiam sufficere unam dare instantiam. Atqui plurima ex historiis indubiis observata sunt exempla, quod spectra tantùm fœminarum, dæmonis illusione & præstigiis in Sagarum ludis sæpe visa fuerint, ipsæ autem fœminæ eodem tempore corporibus suis Physicis vel maritorum suorum lateri junctæ, vel coram aliis viris honestis domi mensæ adsederint, uti ex auctoribus suprà allegatis passim videre est. Ideoque non exemplis sed legibus judicandum esse compertum habemus, *l. nemo & ibi Dd. C. de sentent. & interlocut. judic.*

111 Et quamvis ad juris constituti † existentiam inferendam & arguendam exempla rectè adducantur, jus tamen non faciunt. Pro nostra autem sententia habemus juris constituti auctoritatem, exempla multò certiora & rationes ve-
112 risimiliores naturæ magis congruentes quo etiam casu quando deficit lex, † ratio concludit sine alia auctoritate. Sigismund. Scacc. *de Iudic. lib. 2. cap. 2. n. 706.* maximè si ex naturæ desumpta sit principiis & sensu communi, cujus facultas omnem aliam cognitionem facile antecellit, teste Phil. Comin. *lib. 3. Comment.*

Nam

Nam stultus est, qui quærit aliam rationem, quàm naturam vel sensum, dicit Bald. *in l. 1. C. de serv. fugitiv. allegans ad hoc Averroem.* ideoq; in jure nostro, ubi deficit lex, videmus allegari rationem naturalem, *l. scire oportet, §. suffi. ff. de excus.*

Et Bald. rationem † naturalem dicit clypeum sub quo tegatur jus nostrum, 113
Et est *text. in l. un. C. de caduc. toll. fac. l cum ratio ff. de bon. damnator.* ubi JC. rationem naturalem, legem quandam tacitam, appellat. Jam verò, ut in decidendi rationibus deduximus, verisimilius, & naturæ ac sensui communi convenientius est, istas Lamiarum evolationes per caminum, vel exiguam fenestram & parietis rimam, equitationes super scopis, baculo &c. conventus, comessationes, saltationes, illusoriè potius, quàm verè fieri, ne penetrationes quandoque & essentiarum mutationes admittantur. Ideoque meritò ei standum.

Pariter ad IV. Respondetur, non obstare nobis quod multi inhærendo priori sententiæ ita pronunciarint, quia, ut Proculus respondit, non tam spectandum est quid Romæ factum, quàm quid fieri debeat, *text. in l. sed licet. 12. ff. de offic. Præsid.*

Non enim judici † fas est exempla sequendo contra jus constitutum pro- 114
cedere, *princip. Instit. de offic. judic. Novell. 82. cap. 2. & 13. Novell. 18. cap. 5. c. judicet.* ibi: bonus judex nihil ex arbitrio suo facit: sed juxta leges & jura pronunciat. *Ordin. Cameral. part. 1 tit. 13.*

Et sententia † super expresso juris & facti errore lata ipso jure nulla est, 115
l. 2. ubi gl. & Bart. *C. quand. provoc. non est necess. l. 1. §. 1. ff. quæ sent. sine appellat. rescind. cap. cum inter circ. fin. vers. quamvis & ibi glos. de rejudic.* Speculat. *tit. de sententia §. juxtæ vers.* uti & ratione manifestæ iniquitatis, Anton. Gabriel. *tit. de Sentent. libr. 2. concl. 7.* Sebastian. Vant. *de Nullitat. tit. ex defect. proces. nu. 122. & seq.* Dn. Referens apud Meichsn. *decis. Camer. 20. n. 42. tom. 3.*

Sententia † autem nulliter & contra juris ordinem procedendo lata 116
nunquam transit in rem judicatam, *l. 1. C. quand. provoc. non est necess. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* Bart. *in l. 1. C. senten. rescind. non poss.* Innocent. *in cap. fraternitatis, de frigid. & malefic.* Surd. *consil. 99. n. 20.* Berthazol. *consil. crim. 79. n. 2. & 3. lib. 2.*

Nam paria sunt † non esse judicatum, vel nulliter esse judicatum, *d. l. 4.* 117
§. condemnatum, ff. de re judic. Andr. de Isern. *in cap. 1. §. præterea quæ sit prim. caus. benef. amitt.* quod eleganter & pluribus rationibus firmat Matth. de Afflict. *Decis. 182. num. 4.* Hinc Papa in Clement. Pastoralis de re judic. inquit, sententia, quæ juris caret effectu † auctoritate, & nomine careat rei judicatæ, ut nec in opinione 118
communi aut vulgi labiis nomen habere sententiæ mereatur; In jure autem & facto errare contrariæ sententiæ assertores supra deduximus. Cessant itaque quæ de auctoritate rei judicatæ adducta sunt. Deinde quod dicitur rem † ju- 119
dicatam mutare verum in falsum, & album in nigrum, non ita crudè, sed civiliter, & cum grano Salis accipiendum est, videlicet quod falsum mutet in verum non essentialiter, sed quoad effectum, ut rectè declarat Bald. *in c. præsentia de*

renunciat. Cravett.*consil.*79.*n.*1. Meichsner.*d.decis.*2.3.*n.*6.*tom.*3. Caroc.*de Remed. contra sentent.iniqu.except.*24.

120 Nam essentia † veritatis mutari non potest, est enim res solidissima & murus inexpugnabilis, Esdr.*cap.*4.*lib.*2. Bald.*in c.sicut de probat.* Matth. de Afflict. *decis.*253.*n.*7. Hinc Ulpianus, veritas, inquit, rerum gestarum erroribus non vitiatur;*l illicitas,*6.§ *veritas,ff. de offic. præsid.* Neq; propter procedendi ineptitudinem tollitur,*l.ait* Prætor,§.2.*ff.de minor.* Zas 1. *consil.*6. *num.* 9. Hæc enim vincit omnia, & vivit in æternum, ut suprà monuimus *ex* Rolando à Valle, *consil.* 32.

121 *n.*34.*vol.*4. ei enim † tanquam matri justitiæ omnia cedunt, Bald. *in l. Libertini, ff. de stat.homin.* Syrac.*c.*4.*v.*33.*& seq.* Et dixit Dominus, ego sum veritas. Quamob-

122 rem † plus uno verum esse non potest, Nicol. Reusner.*consil.*1 *in princ.lib.*1. idque per nostrum affirmare vel negare non immutatur, *l. cum falsa, Cod. de jur. & fact. ignor.* Herman. Vult. *consil. Marp.* 30.*n.* 74. *vol.* 3. & licet res judicata quò ad effectum juris inducat præsumptionem juris & de jure, quæ probationem in con-

123 trarium admittere nauseat, attamen si quis etiam post rem judicatam † admissus (quamvis de jure admittendus non esset) veritatem & sententiæ iniquitatem probet, sententia retractanda est, uti scribit Innocent. *in c.cum* Bertold. *de re judic.* Jas *in l.patre furioso,col.*3.*de his qui sunt sui vel al.jur.* Dec.*in l.edita,n.*82.*C. de edendo,* Jacob. Menoch.*remed.*4 *adipiscend.possess.n.*608.

114 Secundè respondemus, † rem judicatam etiam plurimis in locis, non facere jus universale, & inter omnes: sed tantùm in illis casibus, & inter illas personas, inter quas judicatum est in eorũ persona & causa terminari, nec ad alios extendi tanquam rem inter alios actam, *l. si fundus,* 16. §. *si pluris, ff.de pignor.l.*13. § *pen.de Iurejur.* Wesenb. *in Paratit.n.*3.*ff.de Iust.& Iur.* Zasius *in l.sæpè n* 11 *ff.de re jud.* Anton. Fab.*in C.rer.in Sabaud.ludic.lib.*2. *tit.*9 *d.fin.n.* 8. *in notat.* Matth. de Afflict. *decis.*396.*n.*3.4. *Et decis.*402.*n.*5. Cacheran. *decis.*65. *n.* 3. Et inter easdem tantùm personas notorium inducit,*cap.fin.de cohabit.Cleric.* Geil *de Pignor.cap.*24.*n.*2.

Neq; etiam adversatur *l.*1.*cum similibus,C.quæ sit long.consuetud.* quia illa jura non loquantur de exemplis, quasi secundum ea judicare debeat judex, quod jure prohibitum, *d.l.nemo.C.de sentent.*

Sed de consuetudine recepta & introducta. Rerum autem judicatarum

125 auctoritas † probat quidem aliquando, non tamen inducit consuetudinem, ut eruditè more suo scribit Anton. Fab. *ad l.*35.*ff.de ll. arg l.*38.*eod tit.* ubi JC. consuetudinem à rerum judicatarũ auctoritate, per particulam disjunctivam *Aut,* separat. Nec minus tersè Jacob. Cujac.*lib.*20.*obs.*1. addens, quod non res judi-

126 cata † consuetudinem faciat, sed tacitus illiteratusque populi consensus. Johan. Meichsner. *decis.Camer.*14.*n.*178.*tom.*3.

Ad V. Respondetur, nos non negare Diabolum esse ejus potentiæ & vi-

127 rium † ut possit Dei permissione homines sibi animo & corpore devotos in altum tollere, & per aëra ducere ad loca etiam remota, uti experientia & multa

exempla

exempla docent, videlicet Simonis Magi, Fausti & aliorum ac plurimarum sagarum, hoc enim non est in quæstione. Neque enim statim à posse ad esse rectè & consequenter concluditur: maximè cùm & aliæ concurrant circumstantiæ, ex quibus vel penetratio corporum naturalium, vel mutatio essentiarum, & alia etiam ipsi Diabolo impossibilia consequerentur. Nihil itaq; ad rem exemplum à Salvatoris assumptione adductum. Item de bonorum & malorum Angelorum comparatione. Qua de re latè agit Joh. Schultet. *in tract.* von Zauberey/ *c.* 7.

Neque etiam negamus † aliquando, cæteris tamen paribus, Lamiam vel 128
alium, qui superstitiosè Diabolicis præstigiis fidit, corporaliter deferri posse ad locum remotum, ubi Diabolus ejusmodi illusoria comitia, saltationes & festivitates celebrat, spectantiqúe certarum personarum notas & ignotas species aliaque ludicra exhibere posse, quò pertinent exempla adducta à Bodin. *de Dæmonomon. lib. 2. c. 1. pag. 204. & seqq.* ubi inter alia † de marito quodam narrat, qui 129
ex suggestione uxoris suæ Lamiæ, simul cum ea se oleo inunxerat, quem Diabolus pronunciatis aliquot vocibus, Lochiis in arenarias Burdegallenses, quæ à Lochiis minimùm quindecim dierum itinere absint, exportavit. Hūc in ignota illa multitudine dicere cœpisse Deus mi, ubi sumus? Et eo dicto statim cœtum disparuisse, illum verò nudum & solum mansisse & oberrâsse in agris. Et hoc quidem exemplo illud apparet, maritum istum propter superstitionem unctionis, ex Dei permissu localiter eò translatum fuisse: minimè tamen ipsius uxorem, & alias quas ibi visus sibi fuit cernere personas & Lamias, ibi revera & corporaliter adfuisse inde consequitur, quia tunc illæ disparere non potuissent. Nam † verum corpus nullo modo disparere & evanescere potest, licet à Dia- 130
bolo loco moveri possit, Alciat. *d. c. 2. lib. 8. Pareg.*

Ad VI. Respondemus Diabolum affectare † à suis fidelibus cultum ado- 131
rationis, sed eo quo potest, & sibi magis commodum est, modo. Commodum autem non videtur ejusmodi conventus personales instituere, cùm ex tali congregatione facilius explorari possent Sagæ. Est enim princeps tenebrarum, & odit lucem. Et satis est ei quod mentes & corda hominum captivas & ad sui adorationem & cultum promptas in obsequio teneat. Imò cōstat ex confessionibus Sagarum, Diabolum privatim intra parietes domesticos ab illis adorari. Joh. Bodin. *de Dæmonomon. d. lib. 2. c. 4 pag. 211.*

Dicitur quidem † Diabolus Simia Dei, non tamen effectu, sed affectu. 132
Nam justus est Jehova Deus noster, & viæ ejus veritas & justitia, *Psalm. 119.*

Diabolus verò injustus deceptor & mendax ab initio. Concidunt itaq; argumenta à verosimili adducta, cùm magis verisimilia pro hac sententia superius adducta meritò vincant minus verisimilia.

Ad VII. Respondetur, realitatem potius quàm fictionem præsumi, cæteris tamen paribus. Nam Diabolum fictionibus hominibus potiùs illudere, ex sacris notius est, quàm ut ullâ probatione indigeat. Est enim † deceptor 133
& men-

& mendax, qui mille nocendi modos habet, *ut in cap. nec mirum, 26. quæst. 5. text. in cap. visus, 15. quæst. 2.*

Sic illusit Sauli fictum Samuelem producens pro vero. Quid enim frequentius fictionibus diabolicis in personis Lamiarum? Multas ejus generis deceptiones & illusiones hæc nostra, de qua agimus, puella confessa est, quod videlicet ipsi Diabolus dederit gemmas, aurum, pecunias, quæ tamen omnia postea evanuerint, vel in stramenta, ossa & alias res nihili mutata sint, ut appa-
134 ret ex Actis. Prætereà † ubi habemus præsumptionem Juris & de Jure, hoc est, dispositionem Legis sive Canonis, *ut hîc in d. cap. Episcopi, 26. q. 5.* ei meritò fasces submittere, omnes alias cõjecturas oportet, Menoch. *de Præsumpt. lib. 1. q. 3. 4. 5. 6.*

Neque obest, quod de duabus fictionibus circa eandem rem non concurrentibus allatum est; Quia id procedit in fictionibus Juris, ad evitandas plures specialitates circa eandem rem: Hic autem agimus de figmentis & illusionibus Diaboli, qui est pater mendacii & fictiones fictionibus cumulat.

Ad VIII. Respondemus, illud argumentum desumi à separatis ideoq;
135 nihil certi concludere. Licet enim † Diabolus aliquando in spectro apparens, personaliter paciscatur, quod tamen rationibus, quibusdam adductis omninò pernegare, contendit Wier. *de Præstig. lib. 3. cap. 2. & 3.* & sibi homagium, abjurato Christo præstari faciat à Lamiis: illud tamen non semper fieri expeditum est.
136 Unde orta distinctio † inter tacitam & expressam professionem Diabolo factam. Hæc est quæ immediatè ipsi fit Diabolo: Illa verò, quam quis facit alteri Diaboli ministro, seu Lamiæ, nomine Dæmonis recipienti, cum promissione, quod ei velit obsequi, Paul. Ghrilland. *de Sortileg. quæst. 3. n. 1. & seqq.* Prosp. Farin. *in Pract. Crimin. q. 20. n. 77. & seqq.* Damhouder. *in Prax. Crimin. c. 61. n. 100. & seqq.* Itaque non probat adesse, quod contingit abesse, *l. non hoc C. unde cognati. l. neque natales C. de probat.*

Non itaque sequitur, aliquando Diabolus facit sibi præstari homagium realiter à sagis: Ergò eas etiam semper realiter transfert ad choreas, ut ibi eum adorent. Quamobrem neque pactum est uniforme, neque ea quæ sequuntur. Ex hisce non difficile erit respondere ad IX. argumentum, quod tanquam consectarium ex præcedentibus deductum fuit.

Nam collapsa ruunt subtractis tecta columnis.

Et destructo præsupposito & radice infectâ, destruitur etiam id quod inde infertur, *l. fin. ff. de aquir. possess.* Tiber. Decian. *Resp. 98. n. 16.* Joh. Oldendorp. *consil. Marp. 5. n. 54. vol. 3.* Geil. *2. obs. 4. n. 10.*

Cum itaq; ex iis quæ pro & contra deducta sunt, liqueat conventus istos, & quæ in iis peraguntur, ut plurimum esse figmenta & illusiones diaboli, quibus mentes Lamiarum fascinat, illicò transformans se in diversarum personarum species, atque similitudines, modò læta, modò tristia, modò cognitas,
137 modò incognitas personas ostendens: prono quasi fluit alveo, † nihil esse fi-

dendum

dendum nudis Lamiarum assertionibus, hoc fundamento nitentibus, quod tales vel tales personas conspexerint in choreis & saltationibus. Si enim Diabolus se potest transfigurare in Angelum lucis, 2. *Corinth.* 11. Et in Samuelis prophetæ ac viri Justi jam defuncti ficta forma Sauli regi apparere & se adorandum exhibere potuit. 1. *Samuel. cap.* 28. Quidni etiam in forma & specie honestæ matronæ stolidis & à se dementatis mulierculis illudere poterit, ut iis persuadeat, se etiam honestas personas in sua potestate habere, ut eò magis istis suis artibus tribuant, *cap. nec mirum*, 26. *quæst.* 5.

Et de hoc argumento & præsertim hujus nostræ puellæ confessione quoad circumstantias particulares in 2. & 3. Quæstione pluribus agemus.

CAPUT II. QUÆSTIONIS I.

Supereſt ſecundum Caput I. Quæſtionis: *An videlicet Diabolus & Sagæ piorum & fidelium hominum ſupellectilia, utpote cochlearia, cultellos, & ſimilia per artem Magicam ſurripere iiſque in Diabolicis iſtis conventibus, commeſſationibus & choreis uti poſſint.*

ET quidem primâ fronte illud tam ex rationibus, quàm rerum documentis & experimentis affirmandum videtur.

Constat enim I. Ex Scriptura S. † quod omnia quæ sub cœlo sint, ejus 138
sint *Iob.* 41. *vers.* 2. Unde Salvatorem nostrum tentans, ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum dixit: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me, *Matth.* 4. *v.* 8. 9.

Neque in hoc legimus Salvatorem eidem contradixisse: Si itaque omnia quæ sub cœlo sunt, Diaboli sunt: Utique is erit rerum suarum moderator & arbiter, *l. in re mandat. C. mandat.* hoc est, poterit eas pro libitu à quocunque vel immediatè vel mediatè, per Lamias & suos fideles jure dominii auferre, & ad suos suorumque ludos & usus transferre.

Secundò, expresè Diabolus in Scripturis appellatur † princeps mundi, 139
Iohan. 12. *vers.* 31. *& cap.* 14. *v.* 30. *& cap.* 16. *v.* 11. Ergò & jure principis omnia sua asserit, 1. *Samuel. cap.* 8.

Tertiò, apparet eum hoc jure usum esse † in Jobi viri sancti rebus & pos- 140
sessionibus *Iob. cap.* 1. ubi legimus, eum privatum à Sathana omnibus bonis suis; Quare & hodiè crescente adhuc cominus malitiâ in rebus & suppellectilibus piorum idem jus eum habere posse dubitandum non erit.

Quartò, in terminis & ad præsentem facti speciem facit exemplum † 141
quod refert Camerar. *in procem. &c.* Plutarch. *de defect. oracul.* Johan. Godelman. *de Lam. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 12.

Compertum esse quendam Lanium nocte iter facientem per nemus quoddam, audiisse inter arbusta colloquia lasciviæ plena, cum risu & jocis: Ille constitit, deinde accessit propius atq; introspexit, tandem etiam introivit. Tum verò subitò evanuisse conspectas ab ipso humanas species virorum & mulierum, relictis mensis exstructis, cum poculis & cæteris vasis epulorum & vini, in quibus & Scyphi argentei viserentur, quorum duobus sublatis abiit. Hic mane ad Magistratum rem omnem defert exhibitis Scyphis, quos Magistratus ex signis impressis agnovit, & iis quorum signa ista erant accersitis, Scyphos ad agnoscendum exhibet: qui suos agnoscunt. Jubet Magistratus eos domum ire, & videre nunquid suos fortè, apud se reperiant. Eunt non inveniunt. Unde uxoribus ipsorum in suspicionem venientibus, comprehensæ illæ & indicato sodalitio mirificæ res detectæ & facinora cognita. Ex quo exemplo apparet, Diabolum ejusmodi supellectilia surripere & in nocturnis suorum conventibus iisdem uti.

242 Præterea licet sola Dei benedictio ditet, constat tamen & † diabolum suis quoque conjuratis pecunias & divitias tribuere, prout etiam constat ex hujus nostræ puellæ confessione (sive ratione) asserentis, Diabolum sibi pecunias dedisse, quas Chyrurgo pro curatione brachii Hamburgi dederit. Ideoque
243 sine dubio illas aliis surripit & his confert. Notabile refert exemplum † Keckerman. *in System. suo Phys. lib. 6. cap. 4.* quod accidit *Anno 1603.* in loco quodam zur Ohr dicto non procul à Dantisco, ubi lodices, quæ dealbandi gratiâ soli erant expositæ, post meridiem à Dracone, qui utique fuit Diabolus, qui vocatur Draco magnus & Serpens antiquus *Apocal. cap. 12. v. 3.* sint sublatæ.

Verum hisce non obstantibus verius esse credimus, Diabolum regulari-
244 ter † res & facultates, maximè autem supellectilia piorum, quibus quotidie in pietate & vera Dei agnitione legitimè utuntur, reverâ surripere & in Diabolicis suis conventibus, comessationibus & choreis usurpare non posse, nisi ex speciali & singulari Dei dispensatione, ex certa sibique soli nota causa id per-
245 mittente. Ideoque non nisi rarissima hujus rei extant exempla. Deus † enim ideo distincta voluit esse rerum dominia, ut cuique suum sartum tectumque maneret, ideoque Diabolus hanc potestatem pro libitu piorum res eripiendi non habet, nisi ex speciali dispensatione, aliâs ille omnia turbaret & dominia rerum incerta efficeret, unde tandem Rerumpublicarum & Politiarum destructio, aliaque infinita sequerentur inconvenientia.

Et si fortè quis regerat, Diabolum nihil sine Dei permissione efficere posse. Ergo hoc non esse singulare in rebus & supellectilibus piorum auferendis? Fatemur quidem id verum esse, interim hanc putamus declarationem
246 addendam, & distinguendum † inter opera Diaboli, quæ ex generali permissione Dei efficit, utpote, quando obambulat inter homines velut Leo rugiens, quærens quem devoret, *1. Petr. c. 5. v. 8.* Item quando offert occasionem peccandi,

quando

quando tentat homines, & præcipuè mulierculas, ut eas ad artem inducat magicam, inductas eludat: Et inter opera ejus, quæ non nisi ex speciali Dei permissione facit, utpote quando in persona, vel facultatibus piorum, quid facit, ut in persona & rebus Jobi aliorumque piorum aliquando accidit. Neque aliud ex dictis scripturæ, & exemplis in contrarium adductis elicitur.

Nam ad I. Respondetur: † Verba illa *Iobi cap.* 41. Quamvis à quibusdam 147
scriptoribus referantur ad diabolum, Dei tamen esse, ex præcedentibus illis: Quis ante dedit, &c. Colligitur, & pertinent ad omnisufficientiam Dei, teste *Iobi cap.* 35. *v.* 7. Et Pauli *Rom. c.* 11. *v.* 34. Præterea quando diabolus ad salvatorem dixit, se ei omnia daturum, palàm pro more suo, mentitus est: Quia scriptum est: † Domini est terra & plenitudo ejus: orbis terrarum & universi, qui habi- 148
tant in eo, *Psal.* 24. *v.* 1. *Exodi* 19. *v.* 5. 1. *Cor.* 10. *v.* 26. Idq; tam jure creationis, quia ipse omnia creavit, quàm jure conservationis, gubernationis & dispensationis.

Ad II. Respondetur: Quod † Satanas dicitur princeps mundi, non re- 149
spectu terræ & plenitudinis ejus, sed respectu impiorum in mundo accipiendum est. Est enim potens in filiis infidelitatis, quorum ipse est caput justo Dei judicio. Interim Deus rerum mundanarum dominium Satanæ neutiquam cedit, tametsi eo quantum ad impios, pro apparitore & ministro utatur, David Pareus *in Comment. Epist. 1 ad Corinth. c.* 10. *v.* 26. Hinc *Cyrill. lib.* 8. *in Ioh. c.* 16. *inquit:* Absit, ut Diabolum † principem mundi ita dictum existimemus, ut eum cœlo 150
& terræ dominari posse credamus. Non enim ipse est author & gubernator mundi, quemadmodum nonnulli falsò existimant; sed mundus sic sumitur pro pravis hominibus, qui secularia sectantur desideria, & suis indulgent cupiditatibus. Horum princeps Satanas est; quia eis pro suo arbitratu principatur, præcipitesque ad nutum in gravia scelera impellit atque detrudit.

Ad III. Respondemus, Singulari & expressa Dei permissione † Dia- 151
bolum illam facultatem consecutum fuisse in bona & facultates Jobi. Cùm enim Diabolus pietatem & fidelitatem Jobi, ex rerum humanarum felicitate æstimaret & affluentia, quod videlicet non frustrà timeret Deũ, sed quòd vallaverit domum ejus, universamq; substantiam, quòd operibus manuum ejus benedixerit, &c. Quibus si privaretur, in faciem benediceret Deo. Quamobrem ut heroicum constantiæ & in rebus adversis patientiæ exemplar omnibus piis exhiberet, & Satanæ calumnias refelleret, dixit ad eum: ecce universa quæ habet, in manu tua sunt. *Iob. c.* 1. *& seqq.* Cùm itaq; hoc ex singulari Dei permissione & causa factum sit, non est extra eam extendendum. Aliâs enim constat, quòd citra Dei permissionem, † Diaboli & Sagæ ne quidem pediculos educe- 152
re queant, *Exod.* 8. *v.* 18. Et ne quidem in † porcos potestatem habeant, *Matth.* 8. 153
vers. 31. Unde Tertull. *lib. de fug. in persecut. c.* 2. *ait*: Nec in porcorum gregem diaboli legio potestatem habuit, nisi eam de Deo impetrasset: tantùm abest, ut in oves Dei habeat. Possum dicere, porcorum quoq; setas tunc apud Deum fuisse

numeratas, nedum capillos Sanctorum, *Matth.10.v.30. Actor.27.v.35.* Et scribit Augustin. *in Psal.96.* Si posset aliquid Diabolus, nullus nostrûm maneret: Tantùm facit, quantùm ei permittitur.

154 IV. Quantùm ad exempla † addducta attinet, & quidem primum Respondemus, quòd scyphi isti procul dubio cum consensu istarum Lamiarum in nemus illud translati & deportati fuerint. Volenti autem & consentienti, ut nostri dicunt, non fit injuria. *l.1. in fin. de injur. l. cum donationis, 34. Cod. de transact.* Ideoq; illud exemplum non quadrat ad præsentem facti speciem, ubi de hone-
155 storum & piorum hominum quæritur supellectilibus. Et licet † Diabolus suis aliquando conjuratis, divitias tribuat Dei permissu, vel falsas & dolosas, quod fit plerumq;, vel etiam veras, quod fit rarissimè, (sunt enim divitiæ hominum in manu Dei, Genes. 31. *v.9. Proverb. 22. vers. 2.*) Idque etiam firmat Martin. Delr. *Disquisit. Magic. lib. 2 quæst. 12* sub *n.* 10. Ubi in eandem scribens sententiam dicit: Diabolum posse quidem ditare suos, si Deus permitteret, & ille vellet. Rarò tamen id Deum permittere, & plerumq; Diabolum ludificari suos, & licet paucis aliquod paucas & veras largiatur pecunias, tamen ut plurimùm decipere inani spe & specie: quod multis exemplis firmat Remig. *test. oculat. lib. 1. dæmonolatr. cap.4.* Hactenus Delr. non tamen inde sequitur, quòd illas piis surripiat. potest
156 enim aliunde habere. † Sunt enim varii ab hominibus in terram defossi thesauri, item ingens auri, argenti, gemmarumq; vis naufragiis in mare submersa, quam Dei permissu usurpare potetest, Keckerman. *d. lib. 6. System. physic. c.4.* Cæteroquin Diabolus per se pauperrimus & avarissimus spiritus, falsis plerumque divitiarum speciebus, conjuratis suis illudit, quod multis exemplis probat Georgius Remigius *lib.1. Dæmonolatr. c.4.*

Et huc faciunt hujus nostræ puellæ confessæ illusiones, quibus Diabolus ei illusit sub specie gemmarum, &c. Ut suprà monuimus. Et apparet ex *Protocoll. de 23. & 24. die Ianuarii, ibi:* **Ihr Bul bring jhr Perlen vnd Gold/ wann sie es weg lege / seye es ein Knoche oder Strohalm.** Exemplum allatum à Keckermanno
157 est singulare: † Sine dubio autem illud justo & nobis incognito Dei Judicio ita permissum. Sunt enim Judicia Dei multa occulta, nulla tamen injusta. Et tantùm de duobus primæ quæstionis capitibus.

QUÆSTIO II.

In secunda Quæstione quæritur: *Anne istius in actis nominata, à Diabolo delusæ puellæ minorennis assertiones, ejus sint ponderis & momenti, ut Nobilissimæ & honestissimæ matronæ N. ejusque filiæ bonam famam, honorem & existimationem lædere & apud cordatos juris æquiq; amantes homines gravare possit?*

Et qui-

ET quidem prima fronte ita ſtatuendum videtur. Nam conſtat † famam 158
ſive exiſtimationem eſſe illeſæ dignitatis ſtatum, moribus ſeu legibus comprobatum; Ut inquit Calliſtratus *in l. cognitionum*, §. 1. *& ibi* Bart. *& Dd. ff. de extraord. cognit.*

Quando verò † ſtatus ille dignitatis læditur, tum fama alicujus gravatur 159
& oritur infamia, quæ eſt macula exiſtimationis, damnum famæ, ſeu diffamia Jacob. Cujac. *in Paratitl. C. ex quibus cauſ. alic. infam. irrog.*

Læditur autem vel ſaltem minuitur, † quoties quis inter malos connu- 160
meratur & bonus eſſe deſinit. Marquard. Freher. *de Exiſtimat. lib. 3. cap. 4. num. 1.* Hug Donell. *lib. 18. Commentar. cap. 6.*

Tales maximè † cenſendi ſunt, qui ſe lamiarum & maleficarum conſor- 161
tio ſociant, Deum creatorem ſuum abjurant, & humani generis inimici exiſtunt, *l. 7. l. ulli. C. de mal. fic. & Mathematic.*

Ideoque totum hoc † genus infame ipſo jure & profeſſione ſua eſſe, du- 162
bitandum non eſt, *l. 5. C. de malefic. cap. conſtituimus. 3. quæſt. 5. cap. infames. 6. quæſt. 1.* Freher *d. lib. 3. de Exiſtimat cap. 19. n. 3.*

Si enim hi, qui artis † ludicræ causâ in ſcenam prodibant edicto perpetuo 163
notabantur, *l. 1. ff. de his qui not. infam.* Donell. *d. lib. 18. c. 7. & ibid.* Hillius § *in not. at.*

Quantò magis id obtinebit in illis hominibus, qui divini & humani fœderis oblti cum diabolo paciſcuntur, & ſtatis ac certis temporibus in ludicram & nefandam ejus ſcenam prodeunt, & cum conjuratis peſſimo exemplo congregantur: Ducto argumento à minori ad majus, quod in jure validum & firmum. *Auth. multò magis C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Conſtat autem † ex puellæ iſtius memoratæ delatione & confeſſione, 164
quod Diabolus & vetula quædam in actis nominata illi dixerint, prædictam Dominam viduam N. ejuſque filiam, maleficorum conſortio addictas eſſe. *Protocoll. de 31. Ianuarii, ſub tit. E. ibi:* **Es hette der Teufel vnd die N. auch andere ſie berichtet/ daß die N. N. N. vnd die N. vnd jhre Dochter auch in die** compagnia **gehöreten.** Ideoque id non parum illarum exiſtimationem & famam aggravat. Nam licet † teſtis de auditu alieno non faciat plenam probationem, 165
facit tamen præſumptionem: Bald. *conſil. 219. incipit, teſtes & atteſtationes ſub n. 3. verſ. præterea ſaltem. lib. 4.* Proſp. Farinac. *tract. de Teſtib. quæſt. 69. n. 32. per text. in cap. hoc videtur. 22. q. 5.* Maximè ſi nominet auctorem, à quo audiverit (prout hîc puella noſtra Diabolum ſimul & vetulam auctores nominavit.) *cap. ſi et ex quadam extra de teſtib.* Joh. Meichſner. *deciſ. Camer. 1. n. 35. verſ. quia reſpondetur Tom. 3.*

Quinimò † in delictis occultis & exceptis, quævè ſunt difficilis proba- 166
tionis, quale eſt veneficii crimen, teſtimonium de auditu fidem facere ſcripſerunt Hoſtiens. *in cap. præterea col. 3. num. 4 in fin. Et ibid.* Johan. Andr. *poſt. num. 10.* Ancharan. *num. 4. verſ. & in delictis quæ occultò fiunt, extra de teſtib.*

Et licet † Diabolus futura exactè ſcire non poſſit, præteritorum tamen, 167

etiam hominibus occultorum, optimè recordatur, cum ratione eorum quæ facta sunt in ipsum nulla cadat oblivio, nec ignorantia, quia cũcta notissima tenet ante oculos Thom. de Aquin. *in tract. qq. quæst. 16. art. 6.* Et plus de occultis & secretis præteritorum est instructus solus quam omnes homines de mundo simul, *Vt post D. August. Thom. & alios scribit* Paul. Ghrilland. *de Sortileg. q. 6. n. 2. & n. 5.* Ubi dicit, quod Diabolus cognoscat & videat omnia furta, etiam latentissima, & alia hujusmodi crimina licet occultissima.

II. Prædicta puella non solum de auditu alieno, sed etiam de visu proprio testatur, quod ipsa Dominam viduam viderit in nocturnis conventibus & choreis cum aliis denominatis Lamiis & strigibus, & quod auxiliata sit iisdem, cum res quasdam Diabolica arte confectas straverint in via, per quam transiturus erat Reverendissimus, N. ex quo etiam magnum fuerit datum damnum Celsitudini suæ ejusdemque sorori. *Protocoll. de 13. Februar. Anno 1617.*

168 Jam † verò plena notitia habetur per visum & auditum; quia sensus non decipitur circa proprium objectum. *l. solam & ibi.* Bald. *in print. C. de testib.* Johan. Meichsner. *decis. Camer. 3. nu. 8. tom. 3. idque tit. quando aliquis dicit rem in conspectu suo agitatam esse.* Bart. *in l. iubemus n. 9. C. de erog. milit. annon lib. 12.*

169 Quod enim † oculus videt, nemo sanus negat. Hieronym. Montan. *in tract. de finib. reg. cap. 30. n. 3.* Wes. *consil. 58. n. 14.* Hippol. Riminald. *consil. 415. n. 2.*

170 Et in specie ac nostris terminis, quod Lamiæ † asserenti se vidisse hanc vel illam fœminam in cursu & ludis diabolicis fides habenda sit non solùm ad effectum inquirendi, sed etiam torquendi, multis conatur defendere Petrus Binsfeld. *de Probat. malefic. post conclus. 6. dub. 2. pag. mihi 333. & aliquot seqq.* Joh. Bod. *de Mago. Dæmonom. lib. 4. c. 2.*

III. Huc pertinent, quæ scribunt auctores Mallei maleficorum *part. 2.*
171 *q. 1. c. 11.* † Dæmonem non posse per se honestas matronas infamare, apparendo in earum effigie ad maleficandum, ut inde tanquam maleficæ reputarentur & suspectæ redderentur, adeoque famam nostram non esse in diaboli potestate.

172 IV. Facit, quod non semel † sed sæpius prædictam viduam in ejusmodi ludis viderit: Item quod arte Magica cochlear aureum Reverendiss. sororis Principissæ sustulerit, aliquoties illud in ludis usurpaverit, & postea unâ cùm denominata quadam vetula 40. thaleris vendiderit: *Protocoll de 13. Febr. An. 1617.* Cui etiam res ipsa respondit, cum aureum cochlear cum aliis rebus prædictæ Celsiss. Principissæ revera sublatum fuerit.

173 V. Non parum † præcedentibus adminiculatur, quod hæc puella non solùm metu proprio de Domina vidua sæpè memorata confessa sit, sed etiam formidine torturæ & monstrato sibi carnifice cum instrumentis, eandem confessionem repetierit, & in ea perseveraverit.

174 Confessiones † autem spontaneæ contra tertium, si mediante tortura repetantur, vim habent probationis, *per ea, quæ tradit* Clar. *lib. 5. sentent. §. fin. q. 25. n. 1.*

Illæ

Illæ autem † confessiones quæ eliciuntur per terrorem tormentorum 175
præsente carnifice & instrumentis, comparantur iis quæ torturâ insecutâ factæ sunt, *l. 2. ibi* Formidine tormentorum. *C. quos appell. non recip.* Henricus Bocerus, *de Quæst. cap. 5. n. 27.*

VI. Veritas istius assertionis & confessionis, non parum exinde etiam videtur apparere, quòd puella ista sæpiùs istam confessionem reiteravit, ut apparet ex *Protocoll.* Atqui geminatio † errorem excludit, & magnam animi arguit 176
firmitatem, Marsill. *in l. 1. §. quæstioni, ff. de quæstion. & consil. 113. n. 2.* Felin. *in c. si cautio, extr. de fide instrum. num. 39.* Dec. *consil. 185. n. 10.* Hippolyt. Riminald. *consil. 480. nu. 10. 12. & 13.* Ubi additur, quòd † geminatio multoq; magis triplicatio vel qua- 177
druplicatio confessionis omninò inducat veritatis præsumptionem, Johannes Gœdd. *in respon. Iur. de Baron. Vallend. n. 348.* Idq; in † confessionibus Lamiarum 178
maximopere attendendum scribit Petr. Binsfeld. *d. tract. de probat. malefic. concl. 6.*

Cui VII. Accedit puellæ asseveratio, quòd in ista confessione velit perseverare in vita & morte: **Sie wölle bey jhrer Auffage leben vnd sterben.** *Protocoll. de 14. Februar.* Atq; etiam ita non solùm in Judicio, seu ut loquuntur † ad ban- 179
chum Juris eam iteraverit, sed in illa usq; ad extremum vitæ halitum perseveravit, **Peinlich Halßgerichts-Ordnung** / *artic. 31. vers. zum fünfften* / Bocerus *de quæstion. c. 3. sub n. 46. in fin. vide ibid. respons.* Confessiones autem reorum † morte 180
confirmatæ non exiguam probandi fidem habent, cum nemo immemor æternæ salutis decedere velle præsumatur, *c. sancimus, vers. & licet, 1. q. 7. l. ult. vers. & licet, C. ad Leg. Iul. repetund.* Bald. *consil. 476. lib. 5. ubi dicit*, quòd nemo præsumatur, velle mori cum mendacio & peccato, Cravett. *consil. 287. n. 7. vers. tertiò respondeo.*

VIII. Non parum videtur gravare famam & existimationem prædictæ Dominæ viduæ & ejus filiæ, quòd Judex loci hasce confessiones tanquam verosimiles probationes in Protocollum suum receperit, & posteà publice in loco judicii criminalis, tanquam res veras recitari fecerit, suppressis quidem, ab ipsa tamen puella sæpiùs proclamatis nominibus. Censetur enim † probatio 181
sufficiens, quæ inducit Judicem ad credulitatem, & ad judicandum, talem esse veritatem suo Judicio, cum ad aliud probatio non tendat, Socin. Jun. *consil. 90. num. 18.* Menoch. 2. *arbitrar. quæst. cent. 1. caſ. 90. n. 2.* Andr. Geil. 2. *observ. 94. n. 10. per text. in l. ad fidem, ff. de testib. l. quinquaginta, in fin. ff. de probat.* Meichsner. *decis. camer. 14. n. 182. Tom. 3.*

Cùm itaq; istæ denunciationes Judicem eò induxerint, ut eas veras crederet, (cum utiq; si falsas putasset, minimè in Judicio publicè recitari, ne quidem suppressis nominibus passus esset,) sequitur quòd exinde orta diffamatio Dominæ viduæ & ejus filiæ, famam & existimationem non parum denigret. Nam in † diffamatione plerunq; spectatur, unde illa ortum habeat, ut si à fide 182
dignis, talis etiam meritò habenda est, Bart. *in l. de minore, §. plurimum, n. 23. ff. de quæstion.* Fulgos. *consil. 77. n. 3.* Decis. *consil. 56. n. 4.* Hippol. Riminald. *consil. 88. n. 9.*

Chilian.

Chilian. Johan. Vincent. Honded. 1. *consil.* 102. *n.* 73. König. *in proceſſ. c.* 2. *num.* 1. 2. Paul. Mattth. Wehner. *in pract. obſervat. verb.* Berüchtigung / *pag* 65. Marquard. Freher. *de fam. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 10.

183 Judicem verò † virum bonum cenſeri leges & Jura noſtra diſponunt, *l. continuus*, 137. §. 2. *ff. de verb. oblig.* Quamobrem diffamia iſthæc orta à Judice ejusq; proceſſu & ſententia honorem & exiſtimationem ſi non juris, ſaltem facti infamia gravabit, *per ea quæ tradit* Weſenbec. *in paratit. l. num.* 2. *ff. de his qui not. infam.* Et huc facit, quod propertius in Cynthiam ſcribit:

Crede mihi quamvis contemnas murmura famæ,
Hic tibi ruberi, Cynthia, verſus erit.

Hiſce IX. Accedit, quod Domini Judices 2. *&* 3. *die Iulii*, *An.* 17. præſentes tunc temporis teſtari rogati, quid de Domina vidua, ejusq; liberis ſentirent, & quid diffamationi iſti tribuerent, directò reſpondere detrectaverint, & teſtimonium honeſtatis & integræ vitæ non obſcurè denegârint, uti ex actis tranſmiſſis conſtat.

Verum enim verò, hæ quæ modò adductæ ſunt rationes re penitiùs inſpectâ, & ad juris & rectæ rationis trutinam ſuſpenſæ, non ſunt ejus ponderis & momenti, ut vel hilum prædictæ Nobiliſſ. Dominæ viduæ piè defunctæ ejusq; filiæ, virginis pudiciſſimæ exiſtimationi ac bonæ famæ apud cordatos juſti honeſtiq; amantes viros & fæminas, detrahere & ullo modo gravare poſſint.

184 Idq; I. Quod non † ex falſo rumore à quocunq; tandem ſparſo, ſed ſolo delicto & crimine fama denigretur & amittatur, *l. cognitionum*, §. *exiſtimatio*, *ff. de extraord. cognit.* Ubi JC. Calliſtratus dicit, exiſtimationis & dignitatis illæſæ ſtatum ex delicto noſtro, authoritate legum minui, *l. qui accuſare*, 8. *ibi, alij propter delictum proprium, ut infames, ff. de accuſat. l. milites*, 13 *ff. miſſionum, ibi: cum quis propter delictum, ff. de re milit.* Cauſa itaq; infamiæ aliunde eſſe non poteſt, quàm ex proprio cujusq; crimine, dolo & malitia: Per injurias verò, calumnias, contumelias ab alio quocunque illatas, famam ſuam nemini auferri, ſummè tenendum eſt, *inquit* Marquard. Freher. *de exiſtimat. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 6. Ubi addit, quòd ſi ſecus eſſet, infames forent tot Philoſophi, tot boni & ſapientes viri, qui injurias flocci penderunt; & in deterrimi improbiſſimiq; cujusq; poteſtate eſſet, famam bonis eripere, quod minimè gentium eſt admittendum. Bocer. *ad l. un. Cod. de famoſ. libell. c.* 4. Hilliger. *in Donell. enucleat. lib.* 18. *c.* 6. *lit. H.* Sed Domina vidua ejusq; filia de nullo crimine, cordatis unquam fuit ſuſpecta, tantè minùs convicta, ut ex ſequentibus apparebit. Ergò.

185 II. Cum delicta † maximè atrociora ad contemptum Dei, & ad perniciem humani generis tendentia, quale hoc eſt veneficii, *l.* 6. *C. de maleſic.* contra naturam ſint, adeoq; de nomine præſumi debent; *l.* 2. *l.* 3. *ff. de Iuſtit. & Iure*, *l. filius is. ff. de condition. juſtit.*

186 Sed potiùs quilibet integer † & bonus cenſendus, donec contrarium proba-

probationibus luce meridiana clarioribus demonstretur, *l. fin. C. de probat. text. in cap. fin. de præsumpt. cap. estote de reg. jur. cap. 1. de scrutin. in ordin. faciend. cap sancimus.* Zas. 2 *consil. q. 5. p. 2. n. 19. fac. text. in l. cum frater §. rogo ff. de legat. 2.* Cravett. *consil. 60. num. 7.* Menoch. 5. *Præsumpt. 1.*

Et hæc † integritatis præsumptio à natura est, *secund. consil. in l. fin. C. quod met. caus.* Alciat. *de Præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. in princ.* Roland à Valla *consil 69. num. 10. vol. 2.* Hinc Divus Gregor. *in cap. in cunctis. 11. q. 3. scribit:* Majora † mala cum fortsitan dicuntur, nisi probata, credi non debent. Natura enim hominis per se ad bonum directa, & qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata. *d. cap. fin. & ibi gl. in verb. præsumatur.* Andr. Geil. 2. *obs.* 110. *n.* 6. 187 188

Idque tantò magis in personis Nobilibus vel honesta stirpe descendentibus, † pro quibus major quàm pro plebejis militat præsumptio virtutis & honestatis. *arg. l si à bonæ fidei. ff. de rei vindic.* Joh. Cirier. *de Primogen. lib. 2. q. 4. art. 2. n. 4.* Alciat. *de Præsumpt. reg. 1. præsumpt. 48. in princip.* Tyraquell. *de Nobilit. cap. 20. n. 20. 1.* Prosper. Farinac. 2. *consil. crimin. 151. n. 13.* Herman. Vult. *consil. Marp. 18. n. 170. vol. 3.* 189

Quia naturæ † consentaneum est ex melioribus ortos meliores esse, *inquit* Aristot. *lib. 3. Politic. cap. 8.* Tiber. Decian. *Respons. 18. n. 22. vol. 1.* Unde Poëta: 190

Fortes creantur fortibus & bonis;
Est in juvencis est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Hinc etiam fit ut Nobilibus † attestantibus major fides habeatur, quàm plebejis, *tradit* Bald. *in l. testium col. fin. C. de testib.* Cravett. *consil. 6. nu. 28. & fac. l. 3. in pr. ff. de testib. l. ob carmen. §. fin. ff. eod. l. majorem. §. ff. de pact. cap. multa extr. de prætend.* Joh. Meichsner. *decis. Camer. 9. n. 71.* Ubi in præcedentibus dixit, quod pro Nobilibus † multum præsumatur: Indeque, ut procedatur contra Nobilem, fortiora indicia haberi debent, quàm contra plebejum, *teste* Clar. *§ fin. q. 28. sub n. 2.* 191 192

III. Id multo magis procedit in nostra facti specie cum Domina vidua, non solum avorum suorum nobilitate, & mariti Reverendi ac Nobilissimi radiis coruscarit, sed etiam singulari pietate & morum honestate aliis præluxerit, liberos suos in timore Dei ad virtutis & literarum studia quo decet & par est Zelo instrui fecerit.

Ejus rei I. † testimonium ei perhibente Reverendiss. ac Illustrissimo illius loci Episcopo, tanquam superiore suo Magistratu, uti apparet ex instrumento publico *de 3. Iulii Anno 1617. ibi:* Reverendiss. & Illustriss. **hielte die Frau M. in dieser bezüchtigung vor vnschuldig / könte oder wölte derselbigen keinen glauben beymessen / es sey jhr dann anders vberwiesen / &c.** Principi † autem & superiori Magistratui integritatis & honestatis testimonium alicui perhibenti tantò magis creditur, quantò clariori ille lumine præfulget. *l. inter claras C. de summ. Trinit. text. & gloss. in Clement. un. de probat.* Cacheran. *Decis. 122. n. 4. & 5.* 193 194

Mascard. *de Probation. conclus.* 1227. Johan. Meichsner. *Decis.* 14. *num.* 6. *Tom.* 3. Treutler. *consil.* 109. *num.* 2. *& seqq.*

Secundò. Reverendissimi & Illustrissimi Episcopi testimonio accedit Reverendus Dn. Superintendens aliique Ecclesiæ & Scholæ illius loci ministri, qui omnes & singuli per Notarium & testes requisiti, concorditer de Dominæ viduæ honestate, integritate & pia liberorum educatione, uno quasi ore attestantur, & quod etiam ab aliis honestis audiverint, eam pro tali haberi, uti inter alia ex prædicti Domini Superintendentis assertione in publicum Instrumentum redacta constat: **Es sey jhm diese** diffamatio **Hertzlich leid. Sey aber zu N. nicht lang in Dienste gewesen / hette sonsten von allen seinen** confratribus **nicht allein / sondern auch von allen Ehrlichen leuten anders nicht gehöret / als daß die Frau N. vnd jhre Kinder ein ehrliches Gottfürchtiges Leben geführet hetten / wolte auch darauff jhr vnd jhren Kindern / vnter des Gantzen** ministerii **Pitschafft ein Gutt gezeugniß mittheilen / da man es begehren werde.**

Ex quibus omnib. honesta Dominæ viduæ fama, pietas & vitæ inculpatæ
195 integritas, plenè & luculenter probatur, † quæ omnem aliam famam & sinistram præsumptionem, si ulla appareret, (qualis in præsenti facti specie nulla legitima contra Dominam viduam existit, ut suo loco probabimus,) expurgant & tollunt, *Vt dicit* Bald. *in C. fin. col. 7. ff. de fer. per text. in l. non omnis §. à barbaris ff. de re milit. & in l. fin. col. ult. C. de probat. cum aliis allegatis per* Felin. *in cap. cum contingat col. 2. de rescript.* Paul. Paris. *consil. 163. n. 16. vol. 4.* Vincent. Honded. *consil.* 100. *num.* 20. *vol.* 1. Nicol. Boer. *Decis. 165. in fin.* Berthazol. *consil. crimin.* 101. *nu.* 9. *lib.* 7. *ubi dicit:* Quod merita præcedentis vitæ suspicionem mali excludant. Aym.
196 Cravett. *consil. 99. n. 11. vol. 1.* adeò ut stante bona fama † indicia quantumvis urgentia, (quæ tamen in præsenti facti specie nulla, nedum urgentia, contra Dominam viduam ejusque filiam ex actis appareat,) contra diffamatum vel inquisitum tollantur & expurgentur. Raph. Cuman. *consil.* 135. *col.* 2. Paris. *d. consil. 163. num.* 17. ubi dicit, hanc esse communem omnium Dd. sententiam. Berthazol. *consil.* 284. *num.* 7. *lib.* 2. Ubi pariter dicit, commune esse dictum. Nicol. Boer. *d. Decis. 165. in fin.* ubi asserit per curiam Burdegalensem pluries sic fuisse judicatum. Aym. Cravett. *consil.* 244. *n.* 6. ubi ex Jason dicit, hoc singulariter esse notandum. Vincent. Honded. *consil.* 102. *nu.* 53. *lib.* 1. ubi ex Laurent. occa. itidem de communi attestatur.

Hisce accedit quod sæpè memorata vidua nõ solum quoad vitam actam, pietatis & honestatis, (cum quibus crimen sortilegii, apostasiæ & veneficii nullo modo consistere potest,) apud omnes cordatos, maximè verò apud supremum suum magistratum Reverendiss. & Illustrissimum loci Episcopum, atque Ecclesiæ ministros luculentum testimonium habuerit: Sed etiam in vera Dei & Salvatoris agnitione & professione, usque ad extremum vitæ halitum perseveraverit, atque piè naturæ debitum persolverit, uti in concione funebri publice habita

habita & typis divulgata attestatur prædictus Dominus, Superintendens. N. ita, ut ipse ejus pietatem, ex verbo Dei consolationem & fidei constantiam admiratus sit: referendo nos ad prædictam concionem. Quod utique impiis, sagis & veneficis rarò contingere solet, sed in iis plerumque, ut dicit Poëta:

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Hic Galli in proverbio:

Bien nourir, fait bien dormir,
Et bien viure, bien mourir.

Hoc est: lautum alimentum, bonus somnus: † probam vitam, pia mors 197
insequitur. Et nostri dicunt: **Wol gelebt / wol gestorben** / Juxta scripturam: † 198
Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur, *Syracid.cap.*1.*v.*13. & *Psalm.*41.*v.*3. *&* 4. Et quamvis † de nostra tantum sa- 199
lute ex canone fidei, de proximi tamen piè defuncti salute ex canone charitatis, tanquam ex fructibus de arbore, rectè judicamus, *Matth.*12.*v.*33. Non enim de spinis ficus, neque de rubo colligimus uvas, inquit salvator *Luce* 6.*v.*44. Bonus homo de bono cordis thesauro, profert bona, malus homo de malo thesauro profert mala, *Matth. cap.*12. *v.*35. Admodum rarò accidit, † ut qui in tota vita 200
impie vixit, maximè in crimine veneficii, in agone ut convertatur.

Unde Augustinus de Latrone in cruce: totam, inquit, legi & perlegi scripturam, & nullum in extremis præter hunc unum conversum inveni. Et faciunt huc tradita ejusdem August. *in c. nullus expectet*, 33. *q.*3. *de Pœnitent. distinct.*7. *ubi dicit*: Vix, vel rarò justam accidere in fine conversionem.

IV. Juris aperti & indubitati est, quod † diffamatio ad hoc, ut bonam 201
alicujus famam & existimationem apud honestos gravet, vel judici ad inquirendum viam aperiat, non ab hominibus levibus, malevolis, improbis & malevolis, improbis & maledicis, sed ab honestis, providis & fide dignis ortum habere debet, *text. in cap. qualiter & quando*, 24. *extr. de accusat. cap. cum oporteat, & ibi* Innocent. Butz. *nu.*18. *extr. eod.* **P. H. D.** *Carol. V. art.*25. §. **Erstlich** *in fin. ibi*: **doch sol solcher Leumuth nicht von leichtfertigen Leuten/** &c. Ancharan. *consil.*263. *Incipit in questione presbyteri, col.*2. Deci. *consil.*575. *col.*2. Aym. Cravett. *consil.*41. *num.*1. Zas. *consil.*6. *n.*18. *lib.*2. Prosper. Farinac. *consil.*158. *in fin. lib.*2. Hieronym. Schürff. *consil.*90. *nu.*1. *cent.*2. Ernest. Cothman. *consil.*12. *nu.*174. *&* 182. *vol.*1. Anton. Fab. *in Cod. rer. in saband. Iudic. lib.*9. *tit.*21. *defin.*20. *nu.*2. *in nat.* Marquard. Freher. *de fam. & infam. l.b.*3. *c.*2. *n.*10. Ubi dicit, † perditorum atque infimæ classis hominum 202
vocem, qui plerumque bonos oderunt, bonorum famam non lædere, cui concordant monita *Syracid. cap.*19. *v.*13. *& seqq.*

Atqui puella ista in actis nominata, à cujus assertione, ex Diaboli ut ipsa narravit ore procedente, hæc orta diffamatio.

Fuit I. puella adeoque fœmineæ complexionis, † hoc est, fragilis, varia, 203
fallax, loquax, corruptibilis, uti tam antiqui quam moderni humanarum & legalium

galium literarum interpretes undique exclamant, *Vt post* Tyraquell. *de ll. conjnub. lib. 9. num. 49.* scribit Prosper. Farinac. *de Testib. quæst. 59. nu. 4.* Mascard. *de Probat. conclus. 762. n. 3. & seqq.* Nevitan. *in Sylv. nupt. lib. 4. sub. n. 204.*

204 Quamobrem de Jure Canonico † in criminalibus fœmina regulariter veri fidem non facit, *text. in C. mulierem, ibi: nec testis esse, ubi & gl. 33. q. 5. c. forus, ibi: si viri non fœmina. de V.S.* Vincent. Honded. *consil. 100. nu. 24. lib. 1.* Clar. *§. fin. q 24. vers. de Iure Canonico.* Villalob. *de comm. opinion. lit. M. num. 143.* Et hanc sententiam communem, & jure expeditam esse multis confirmat. Farinac. *de quæst. 59. n. 1, 3. & seqq. & quibus concordat* Fürstl. Würtenb. Landtr. *part. 1. p. 96. §. Item* die Frawen/ *quod adducit* Bocer. *tract. de Quæstion. c. 3. n. 149.*

205 II. Malè & perditè educata narratur: † Ideoq; non nisi malum & perditum fructum, ab eâ, expectare licuit, *per ea, quæ tradit* Bodin. *lib. 5. de Republ. pag. mihi* 811.

III. Adhuc minorennis, 17. nimirum annorum, cujus ætatis inter omnes constat fragile & infirmum esse consilium, & multis captionibus suppositum, multorumq; insidiis expositum, *Inquit* Ulpian. *1C. in l. 1. in pr. ff. de minor.*

206 Ideoque expressa juris auctoritate † minor viginti annis, in criminali & publico judicio testimonium citari non debet, nec in eo testis idoneus est. *Inquit* JC. Venulej. *in l. in testimonium. 20. ff. de testibus gloss. in l. inviti. ff. eod.* Prosp. Farinac. *in tract. de Testibus, q. 58. n. 21.* Ubi dicit id esse verissimum & magis communiter receptum: Atque ita annis præteritis in facti specie Rostochio ad facultatem Juridicam Academ. Giess. eandem respondisse testatur Henricus Rebelkrä *Decis. 19. per tot.* Et in nostris terminis ita consuluit Dn. Ernest. Cothmann.

207 *consil. 4. n. 68. vol. 3.* Indeq; † minori etiam de proprio facto in criminali judicio facta confessio sine curatore non ita præjudicat, quin contra eam in integrum restitui possit, *per ea quæ tradit* Matth. de Afflict. *Decis. 208.* Henricus Boeer. *de Quæstionibus, d. cap. 3 n. 26.*

208 IV. Cum itaq; † assertio ejus, qui inhabilis est ad testificandum perinde habetur ac si facta non fuissent, *Nov. de testibus, 90. c. 9.* Bocer. *d. c. 3 sub n. 153.* Et hujus nostræ puellæ assertiones, & inde ortæ diffamationes, juris auctoritate perinde habendæ, ac si nunquam factæ fuissent, cum illa multis modis ad testificandum inhabilis fuerit.

209 V. Non parum in præsenti facti specie attendendum, quòd † puella ista pro corporaliter à Diabolo obsessa habita fuerit, & is sæpissimè ex ea locutus sit mirabilia & varia, uti pro notorio illius loci in facti specie præsupponitur, & attestatur haut obscurè Superintendens & Ministri Ecclesiæ N. in documento publico, adjecto Apologiæ nomine Reverendi Capituli N. typis divulgatæ, **daß nemblich dieß Mägdlein Margaretha N. genand/ zuvor mit Worten vnd Geberden sich also angestellet/ alß seye sie vom Teuffel Leibhafftig besessen/ dahero sie Prediger/ zu etlichen vnderschiedenen Zeiten das besessene Mägdlein/**

wie sie

wie sie es damahls vermeinet / für den Altar gestellet / mit jhm in Gegenwart des Volcks gebetet / die Litaney vnd andere Psalmen gesungen / worauff es sich ansehen lassen / wie auch das Mägdlein bekand / alß wehre der Teuffel von jhr gewichen / ꝛc. Welches auch sie / die Prediger verhoffet / ꝛc. Es hatte aber doch kurtz hernach der arglistige Sathan sich wiederumb bey jhr finden lassen / viel wunderbahrliche Sachen durch sie geredet / (quòd omninò notandum. Non enim Sagarum hoc proprium est, ut per os earum corporaliter loquatur Sathan, sed obsessorum) vnd zuvernehmen geben / daß sie sich mit dem Teuffel hette verbunden / der sie ohnlengst von dannen leibhafftig in die Welt geführet / vnd für wenig Tagen wieder dahin kommen lassen / ꝛc. Da dann jhr Bekandnüß / so sie für der Obrigkeit deponiret / (NB. conditionalem assertionem) für Wahrhafftig befunden wird / hielten sie die Prediger / es nach jhrer Einfalt vnd Meynung vor ein Zauberwerck.

Et quamvis Dominus Superintendens & Ministri prædictæ Ecclesiæ N. videantur in hoc ipsorum responso id asserere, quod antea istam puellam pro obsessa habuerint, tempore verò instituti processus eò inclinârint, si vera durante processu narrârit, asserriones istas habendas pro negotiis magicis; tamen hîc probè notandum, primò, quòd venerandum ministerium N. puellam nostram, antequam corporaliter à Diabolo illuc transferretur, ex verbis & gestibus, aliisq; signis apparentibus habuerit pro obsessa. Et narratur in facti specie, das wie ein Ehrwürdig ministerium zu N. sich bemühet / daß Mägdlein vom vnsaubern Geyst zu liberiren / derselbe auß jhr geredet / vnnd vnterandern begehret / jhm zuerlauben / in einen damals gegenwertig gewesenen Hund zufahren / als dann wolte er weichen / quod obsessorum esse indicium † vel Evangelica passim testatur historia, *Matth. 8. v. 31.* Secundò obsessio Diabolica non obscurè etiam inde apparet, quod postquam Ecclesiæ ministri putârant, & ipsa etiam puella fassa erat, se liberatam ab obsessione, Diabolus denuò eam invaserit, & corporaliter aliò transtulerit, quod utiq; regulariter in personis Sagarum & Venificarum accidere non solet, ut à Diabolo ita palàm per aërem, & quidem per longum tempus vehantur, lacerentur & concutiantur. Ideoq; magis in dubietate ista pro obsessione (cum obsessos homines eo modo divexare soleat Satan) quàm pro Magia, (cùm in personis illi addictis, rarissimè id accidat) præsumendum est. Nam in dubio † præsumptiones secundùm communiter accidentia formandæ sunt, & inde arguendum, *gloss. in l. neq; natales, Cod de probat.* Baldus *consil. 70. col. 2. lib. 1. & consil. 351. circ. fin. lib. 1. ubi dicit*, quòd † ex frequentia & generalitate præsumatur veritas, hoc est, pro vero haberi id, quod frequenter & communiter accidit, Agm. Cravett. *consil. 40. n. 1.* 210 211 212

Indeq; † argumentum à solitis ductum in jure validum & usitatum est, *arg. l. si quis donaturus, & ibid gl. ff. de usufr.* Bart. *in l. cert. condictio, §. nummos, ff. de reb. credend. l. quòd si nolit, §. quod assidua & ibi* Baldus *ff. de adilit. edict.* Prosper. Farinacius, 213

*consil.*172.*n.*5.*lib.*2. Nicol.Everh. *in loco à solit. & consuet.* 41.*nu.*35. Ubi dicit, hoc argumentum esse validissimum, Herman.Vult.*consil.Marp.*15.*n.*264.*& seqq.* Ubi dicit, hoc argumentum necessariò & concludenter à communiter accidentibus probare. Hinc JCtus Paulus in obscuris, inquit, inspici solet quod verisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet, *l. in obscuris*, 114.*ff. de reg. juris.*

214 Tertiò, quòd † obsessio ista puellæ, eo tempore, quò absens fuit, duraverit, apparet ex variis circumstantiis, ut videre est ex *Protocoll. de* 23.*Ianuar. An.*1617. ubi narravit puella, **daß sie der böse Feind zu N. vffgenommen / durch die Lufft hinweg geführet / ꝛc. Item / der Teuffel hette sie vber die Elbe vnnd vber die See in Spanien geführet / da sie Pomerantzen-Apffel von den Bäumen gessen / da sie der Teuffel einßmahls vom Baum heruneer gestossen / daß jhr der Arm auß dem Glied kommen. Gleicher Gestalt hette er sie zu Hamburg tractiret / da jhr der Büttel den Arm wieder geheilet / ꝛc. Item der Teuffel hette jhr alle Haar auß dem Kopff gerissen.** Maximè verò ex verbis Dantisci post sumptam ibidem S. Cænam coram Sacerdote effusis, **wie sie zu Dantzig zum Tisch des Herren gangen / vnnd doch nicht zur Beicht gewesen / welches deß Orths nicht Breüchlich / were der Pastor gewahr worden / daß sie ein frembde Person / hette sie hernacher zu Rede gestellet / vnnd wie er jhre Beschaffenheit (verstehe / daß sie besessen:** aliâs enim eam non secum in ædes suas adduxisset, & cibum præbuisset) **erfahren / mit in sein Hauß genommen / vnnd gefraget / wie sie dazu kommen / daß sie zu Gottes Tisch gangen / weil es mit jhr also bewand / hette sie auff deß**
215 **Teuffels angeben geantwortet.** NB. **Ob nicht ein Böser könte vnter der Brücke sitzen / vnd lassen einen frommen Mann vberweg reiten oder gehen / ꝛc.** Hanc autem loquelam, obsessam, non veneficam arguere, testantur Auctores mallei maleficarum, Jacob.Spreng & Henric. *Instit. part.*2.*q.* 1.*cap.*10. Ubi referunt historiam de obsesso quodam Sacerdote: Ex quo Diabolus interrogatus, ubinam fuerit, quando Sacerdos iste Sacramentum sumpsisset: respondit sub lingua. Ulteriùs requisitus, qua temeritate ad præsentiam creatoris non aufugerit? Tunc Dæmon: nunquid sub ponte se unquam quis occultare potest, donec desuper sanctus vel bonus vir pertranseat. Idem iisdem ferè formalibus de obsessis recenset, Johan. Bodin. *de Magor. Dæmonoman. lib.*3.*c.*6.

Cùm itaque isthæc verba obsessis magis conveniant, & per eos hisce formalibus Diabloum longo retrò tempore locutum esse constet, utique & talem puellam nostram fuisse, videlcet obsessam censendum est, cùm ita per os ejus Dantisci locutus fuit Diabolus. Sicut per os aliorum obsessorum: Cui adstipulatur actus ille, qui accidit, cum in reditu hæc puella apud Pastoris cujusdam in pago **Newkirchen** ancillam pernoctasset, **da hette sie sich in der Nacht also verhalten / daß die Magd bey jhr auff dem Bette nit hette bleiben können / wehre der Pastor auffgestanden / mit den Kindern gebetet / da wehre es besser worden /** quæ omnia puellam magis obsessam, quàm Sagam fuisse arguunt.

Cùm

Cùm itaque ex hiſce tanquam certis & indubitatis indiciis conſtet, puellam illam fuiſſe à Dæmone obſeſſam, eumq; teſtibus prædictis miniſtris N. in ſuo documento per os puellæ fuiſſe varia & mirabilia locutum, neq; quicquam certi de liberatione & ex actis apparet, illa utiq; non præſumitur; Quia facti eſt: Quæ autem † facti ſunt, non præſumuntur; niſi probentur, *l. adſeveratio, C. de non num. pec. l. ſive, C. de probat. l. in bello, §. factæ, ff. de capion. & poſtlim. reverſ. c. quoniam contra de probat. cap. tenor. de re jud.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2 præſumpt. 4 n. 18. cum ſeq.* Menoch. *3. præſumpt. 10. n. 10.* Weſenbec. *conſil. 7. ſub n. 7.* Tantò minus † mutatio & alteratio qualitatis, affectus & ſtatus præſumitur, *l. ſancimus, C. de teſtam.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 1. & præſumpt. 20. & 25.* Weſenb. *conſil. 34. n. 41.* Nam † mutatio eſt accidens, & accidentia non præſumuntur, *gl. in l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate, & ibi Ius, ff. qui ſatiſd. cog.* Jacob. Menoch. *conſil. 1. n. 121.* 216 217 218

Indeque de † præteritis in præſens jura noſtra præſumunt, hoc eſt, talem quenquam hodiè videri, qualis fuit tempore præterito, *l. ſive poſſidetis, & ibi Dd. C. de probat.* Bald. *in l. in perſona, in 2. not. C. eod.* Johan. Sichard. *ad l. 4. n. 2. C. de reſtit. minor.* Everh. *in loc. legatib. loc. à tempore ad tempus, n. 4.* Quæ juris præſumptiones inſtar probationis & documenti † ſunt, donec contrarium evidentiſſimè probetur, *l. licet imperator, 74. de legat. 1. l. 1. C. de apoch. l. fin. in princ. quod met. cauſ.* Andreas Geil. *2. obſerv. 97. ſub nu. 6.* Matth. de Afflict. *deciſ. 13. n. 24.* Weſenbec. *in paratit. ſub n. 19. ff. de probat. & præſumpt.* 219 220

Quin imò etiam † in dubiis & ambiguis, qualia tamen obſeſſionis diabolicæ ſuprà adducta indicia dici vix poſſunt, perpetuam habemus regulam: Benigniora ſemper præferenda eſſe, teſte JCto Gajo, *in l. ſemper in dubiis de reg. juris*, maximè in pœnalibus, teſte JCto Paulo, *in l. factum, 155. § fin. & in l. rapienda, 168. ff. eod.* Quibus adſtipulatur JC. Marcellus, *in l. ea quæ §. 1. d. tit. ubi dicit* in re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minùs juſtiùs eſt, quàm tutiùs. Atqui illa interpretatio, quæ ſuadet præſumere, † puellam iſtam fuiſſe obſeſſam propter adducta urgentia illa obſeſſionis indicia & atteſtationem miniſterii, benignior & favorabilior eſt, quàm altera ſortilegii magiæ ſeu veneficii: Ideoq; eam juſtiùs arripimus & tutiùs ſequimur: tum quia magis favet animæ ſaluti. Nam † obſeſſio tàm his qui fideles & in gratia, quàm extra gratiam conſtituti ſunt, juſto Dei Judicio accidere poteſt, *ut notant auctores mallei maleficar. part. 2. q. 1. cap. 10. verſ. poteſt etiam*, ubi ſcribunt: Ideò & in gratia & extra gratiam exiſtentes, ſecundùm altitudinem incomprehenſibilium judiciorum Dei inhabitari ſubſtantialiter poſſunt, idq; magis pertinere ad malum pœnæ, quàm culpæ. Et ita etiam noviſſimè pluribus oſtendit Frider. Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 3. cap. 3. caſ. 4.* addens ibid. pios, fidem & bonam conſcientiam, etiam tempore obſeſſionis retinere, *junct. caſ. 7.* Magia autem & ſortilegium non poteſt cadere in actu credentes, & in gratia conſtitutos, cum ſit plerumque conjuncta cum apoſtaſia & abjuratione Salvatoris, implicando pactum cum Diabolo: 221 222 223

Tùm

224 Tùm etiam quia † obſeſſio poteſt eſſe delicti, in foro ſoli, excluſiva: Hæc autem ſemper delicti, & quidem publici & criminalis eſt incluſiva. Certa autem
225 eſt Juris Maxima, quod † præſumptiones delicti excluſivæ, ex eodem facto deſcendentes præponderent & prævaleant præſumptionibus delictum includentibus, Bart. *in l. non ſolum, §. ſed ſi cum poſſet, ff. de nov. oper. nunc.* Felin. *in cap. cum ex officii, n. 31. verſ. dixit etiam, extr. de præſcript.* Udalric. Zaſ. *2. conſil. 2. n. 21.* Erneſt. Cothmannus *2. conſil. 70. n 22.* Godd. *2. conſil. Marp. 28. ſub n. 108.* Petr. Ancharan. *libr. 3. quæſt. 72. n. 26.* Johan. Harprecht. *ad §. injuria autem, n. 195. Inſtit. de injur.*

226 Ideoq; † quando capi poteſt conjectura delicti & non delicti, ſemper capere debemus eum ſenſum, per quem quis non cadit in delictum, Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 1. nu. 1. & ſeqq.* Burſat. *conſil. 271. nu. 1. & ſeqq.* Grammat. *deciſ. 18. nu. 5.* Gilhauſ. *in arbor. crimin. cap. 6. §. 32. nu. 29. & 30.* Proſper. Farinac. *2.*
227 *conſil. 138. n. 26. & in practic. crimin. q. 4. 7. n. 248.* Unde † & teſtibus delictum excludentibus magis creditur, quàm pro delicto deponentibus, per tradita Honded. *1. conſil. 102. n. 39. & ſeqq.* Farinac. *2. conſil. 138. n. 2.*

Et quamvis prædicti miniſtri Eccleſiæ N. tempore inſtituti proceſſus varias iſtius puellæ aſſertiones pro negociis magicis habuerint: Tamen I. conſtat ex eorum atteſtatione, ipſos hæſitanter reſpõdiſſe, tanquam ſuper caſu non ita certo. II. Non expreſsè atteſtatos eſſe, quòd puella iſta fuerit Lamia ſeu Venefica **ein Zäuberin**; ſed quòd ipſius aſſertiones habuerint pro negociis magicis, **hieltens für ein Zauberwerck.** Idq; III. Non purè, ſed conditionaliter, ſi videlicet veræ eſſent iſtius puellæ aſſertiones, **da das Bekandnüß jetzgedachten Mägdleins / ſo ſie vor der Oberkeit deponirt / für Warhafftig befunden wirdt / achten wirs / ꝛc.** Sed luce meridiana clariùs jam conſtat, multa ficta & falſiſſima, nec non varia & contraria, cum quibus veritas ſtare non poteſt, Diabolum per illam puellam locutum fuiſſe, neq; Magiſtratum loci in facti inquiſitione, eam, quam debebat vigore Jurium & Carolinarum conſtitutionum criminalium, diligentiam & curam adhibuiſſe, uti in ſubſequenti quæſtione ex Protocollo & aliis actis nobis tranſmiſſis, hæc omnia ad oculum demonſtrabimus. Ideoq; dubia iſta, & conditionalis atteſtatio miniſterii N. parum opitulatur Apologiæ Dominorum Capitularium; maximè deficiente conditione, veritate videlicet, in plurimis ab iſta puella aſſertis articulis. Certi autem & in-
228 dubitati Juris eſt, conditionalem † actum vel atteſtationem non niſi exiſtente conditione perfici, *l. hæc venditio, 7. in princ. ff. de contrab. empt. l. cedere diem, verſ. ubi ſub*
229 *conditione, ff. de V. S. l. proinde, ff. de reb. cred.* Quia † conditio nihil ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. cum ſimilibus,* Bart. *& alii, in l. 1. ff. de condit. & demonſtr.* Valent. Forſt. *conſil. Marpurg. 8. n. 13. vol. 1.*

230 Ideoq; cum hæc conditio, † ſi videlicet veræ eſſent aſſertiones puellæ, in multis notoriè defecerit, in plurimis propter varietatem & contrarietatem aſſertionum ſubſiſtere non potuit, perinde habenda eſt iſta atteſtatio prædicti

mini-

ministerii, ac si facta nunquam fuisset, *l. Mævius, l. qui heredem, ff. de condit. & demonstr. l. pecuniam, ubi* Alex. *n. 4. ff. si cert. pet.* Paris. *consil. 31. n. 7. vol. 4.* Cacheran. *decis. pedemont. 50. nu. 12.* Rol. à Vall. *consil. 59. num. 7. vol. 3.* Vincent. Honded. *consil. 63. n. 102.* Herman. Vult. *consil. Marp. 15. n. 282. vol. 1.*

Siquidem † assentiens vel attestans sub conditione expressâ, vel præsum- 231
pta, si ea deficiat, assensus etiam seu attestatio isthæc planè evanescit, per ea, quę
tradit Ferdinand. Vasq. *de succes. creat. lib. 2. §. 18. n. 69.* Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judicat. lib. 2. tit. 3. defin. 1. n. 11. in notat.* Nam conditio † attestationi adjecta 232
habetur pro causa & fundamento, Tyraquell. *in tractat. cessante caus. part. 1. limit. 1. n. 56. 60. 61.* Wesenbec. *consil 16. n. 9.* Matth. de Afflict. *decis. 355. n. 5.*

Deficiente igitur conditione † deficit causa fundamentalis, & per conse- 233
quens, effectus & id, quod superstructum est, corruet *per tradita* Andr. Geil. *2. observ. 132 n. 4. & passim per tot. juncti. observ. 136.* Quin imò † conditio relata ad 234
factum præteritum, secundùm certitudinem naturæ, non dicitur suspendere actum, sed in effectu est pura prout factum, quod respicit, per rerum naturam ita se habet, vel non habet, quamvis quoad nostram notitiam vel ignorantiam suspendat, donec de facto præsuppositio & conditione constet, *l. cum ad præsens, 37. cum seqq. ff. de reb. cred.* Joan Sichard. *ad l. captatorias, 11. n. 14. C. de testam. milit.*

Attestatio autem ministerii N. innititur conditioni respicienti præteritum, facti narrati videlicet veritatem, quæ cum emergente posteà rerum quarundam evidentia, item stante assertionum puellæ varietate & contrarietate, illisq; per processum non legitimè discussis defecerit, perinde habenda est, ac si simpliciter & purè dixissent, se istas puellæ assertiones, tanquam ex parte falsissimas, & à Diabolo patre mendacii ejusq; asseclis adornatas, itemq; varias & contrarias sibi invicem fidem detrahentes, pro negociis magicis non habere: Et procul dubio ita resolvenda est: **Dieweil das Bekandnüß jetztjedachten Mägdleins nicht für Warhafft / sondern guten theyls vom leidigen Teuffel vnnd seinen Werckzeugen erlogen / falsch vnd vnrichtig auch wiederwertig befunden / kann eß jhrer der Herrn Prediger Meinung nach / für kein Zauberwerck gehalten werden.** Deinde non sunt contraria, † unam eandemq; fæminam 235
posse & esse obsessam, & per Diabolum eò inductam (maximè cùm hanc puellam ita solam diu circumduxerit & quasi in potestate habuerit) ut pactum cum eo habeat: Cum ut suprà monuimus, obsessio tàm his, qui extra gratiam, quàm qui in gratia existunt, contingere possit. Quibus omnibus accedit puellæ nostræ matrem & avunculum tàm gravi Melancholiâ occupatos fuisse, ut illis mentis planè induxerit exilium, ita ut necesse fuerit eos custodire, ne sibi ipsis manus inferrent. Hujus autem semina † solent ipso materno sanguine & la- 236
cte, non rarò quasi per traducem transmitti. Quæ autem sit vis Melancholiæ in phantasmatibus & confingendis rebus falsis pro veris, passim testantur Medici & Physici, maximè Wier. *in tract. suo de præstig. Dæmon.* & alii quos suprà allega-

vimus in primæ quæstionis resolutione. Frideric. Balduin. *de Casib. Conscient. lib. 3. cap. 4. cas. 1. & seqq. per tot. ubi in procem. ad cap. 4.* eos obsessis comparans ita scribit: Quanquam obsessi à melancholicis multùm differunt: illorum enim corpora, horum animos malignus spiritus affligit: cum obsessis tamen magnum sæpenumerò cognationem habent Melancholici. Nam humor melancholicus est Diabolo convenientissimus, & Dæmoniaci à maligno spiritu liberati, plerumq; in melancholiam incidunt. Ideoq; semper magis insidiatur Diabolus hominibus ad melancholiam inclinantibus, tanquam subjectis ad illudendũ magis aptis.

237 Unde illud: Cor melancholicum, † paratissimum esse Diaboli balneum.

Quintò, Etiamsi omnia hæc removerentur obstacula, & nullus desiderari posset defectus in persona istius puellæ, à qua orta est hæc diffamatio, tamen vel hoc unicum pro innocentia Dominæ defunctæ viduæ, ejusq́ue superstitis filiæ, præsidium est inexpugnabile, murus aheneus & clypeus inconcussus, quod fal-

238 sitas † istius diffamationis singulari Dei beneficio ita in lucem emerserit & omnibus innotuerit, ut nulla tergiversatione celari possit. Constat enim ex *Protocollo de 13. Februar. An. 1617.* quòd hæc puella, ejusq; pater & noverca, Dominam viduam detulerint, & malitiosè diffamârint, quòd aureum cochlear unâ cum quadam in actis nominata vetula Reverendiss. Episcopi N. sorori per artificium Magicum suffuratæ sint, & posteà 40. vel 50. thaleris vendiderint. Jam verò ex actis nobis transmissis, **den mit Ruten außgestrichenen Löffel-Dieb betreffendt**/liquet, & N. ubi formato processu facta executio, & passim notorium est, quòd cochlear illud neq; à Domina Vidua, neq; ulla arte magica, sed à fure verè & naturaliter surreptum fuerit, qui fur sponte confessus & convictus, per sententiam de Consilio Facultatis Juridicæ Marpurgensis, virgis cæsus & rele-

239 gatus fuit. Quod † in tàm exactis, quàm ipsa facti specie † notorium sit, ulteriori deductione non eget, quia se ipsum ostendit, & nullâ tergiversatione celari potest, Ferdinand. Vasq. *in præfat. illustr. controvers. n. 25. & l. 1. controvers. cap. 2.*

240 Indeq̃; ex notorio † indubitata rei certitudo oritur, quæ ita se vulgò exhibet, ut negari non possit, Bald. *in l. ea quidem. n. 18. C. de accusat.* Matth. Wesenb. *consil. 13. n. 62.* Prosper Farinac. *2. consil. 30. sub n. 90.* Hic itaq; Dei beneficio, pes-

241 simdato mendacii Diabolici & falsissimæ diffamationis fumo, † triumphavit *nescio vinci veritas*, non minùs quàm fulgentissimi Solis radii, in medio nebulæ meridionalis: Et per hoc Dominæ viduæ ejusq; filiæ famam non minùs quàm Susannæ olim fœminæ castissimæ injustè diffamatæ, & temerè contaminatæ, in tàm manifesta veritate, Jehova Justus Judex famam tectamq́; conservavit, ut legimus in Historia Susannæ, Dan. 13. Quare reviviscat vir secundùm cor Dei, 1. Sam. 13. v. 14. 1. Reg. 14. v. 8. Act. 13. v. 22. & increpet mendaces: Obstruatur os loquentium iniqua, quod Lutherus ita vertit: **die Lügen-Mäuler sollen verstopffet werden**/ Psalm. 63. v *fin.* Audiamus & Isidorum de sum bono ita exclamantem:

242 O quàm magna est vis veritatis, quæ omnia ingenia, astutias & calliditates superat,

perat, ac contrà ficta ſimulataque figmenta ſe ipſam defendit, refert Nevizan. *in Sylv. nupt. lib. 5. n.* 14. Matth. de Afflict. *Deciſ.* 253. *n.* 7. "

Prætereà ex *Protocollo eodem* 13. *Februar.* die conſcripto apparet, puellam hanc Dominam viduam N. detuliſſe, quòd unâ cum nominatis quibuſdam fœminis, in nocturno quodam conventu, res venenatas Diaboli arte confectas, in via, per quam tranſeundum fuit Reverendiſſimo Epiſcopo N. ſparſerit, exindeque Reverendiſſimæ ſuæ Celſitudini, damnum magnum, uti & Celſiſſimæ Sorori ejuſdem contractum eſſe. Quod ipſum purum putum Diaboli fuiſſe figmentum, & ipſa rei evidentia, & Reverendiſſ. ſua Celſitudo cui in iſto itinere, neque ejuſdem Sorori Celſiſſimæ, ullum damnum contigit, ſatis ſuperque teſtantur. Ex quibus apparet puellam iſtam, ficta pro veris, Diaboli & malorum hominum ſuggeſtione excogitaſſe, & Judici ad interrogationem nulliter & contrà Jus factam enarraſſe, & cùm non ſolum in uno atq; altero falſitas iſta detecta ſit, ſed in plurimis omnes ejus tales habendæ & æſtimandæ ſunt aſſertiones. † Nam falſus in uno, falſus cenſetur in omnibus. Bald. *in l. fin. n.* 18. *C. de edict. Div. Hadr. toll.* Salycet. *n. l. ſi ex falſis, num.* 14. *in princ. junct. verſ.* Sed veritas eſt in contrarium, C. *de tranſact.* Innocent. & Canoniſtæ communiter *in c. fraternitatis, de hæret.* Proſper. Farinac. 2. *conſil.* 172. *n* 9. Pariſ. *conſil.* 88. *n.* 82. *lib.* 3. Clar. *lib.* 5. *ſent. §. fin. q.* 53 *nu.* 8. Ubi multis hanc firmat concluſionem, & communem eſſe teſtatur, eamq; locum habere, ſive capitula de quibus quis depoſuit, ſint connexa ſive ſeparata, nihilominus data falſitate in uno, præſumi in omnibus, quam declarationem pariter communi Dd. calculo comprobari ibidem teſtatur. Et mendax in uno, mendax in omnibus, Proſper. Farinac. 2. *conſil.* 166. *n.* 18. 242

Notorium autem eſt, ex ipſa emergente rei evidentia, non ſolùm in uno, † ſed in plurimis hanc puellam mentitam eſſe. Ideoq; omnes ejus aſſertiones corruant, & in nullo fides adhibenda, Bald. *in l. conventicula, num.* 7. *Cod. de Epiſcop. & Cleric* Ruin. *conſil.* 158. *n.* 25. *lib.* 5. Burſat. *conſil.* 70. *num.* 28. *lib.* 1. Vincent. Honded. 1. *conſil.* 107. *n.* 22. Berthazol. *conſil. crimin.* 71. *n.* 28. 243

Et huic falſiſſimæ puellæ iſtius aſſertioni tantò minùs fidei tribuere debuiſſet Judex prudens (cui etiam ante omnia apud Reverendiſſ. de damno iſto prætenſo inquirendum fuiſſet) quòd præter falſitatem depoſuerit ſe de nocte cognoviſſe Dominam viduam, unâ cum aliis, confecta illa venena in perniciem Reverendiſſimi præparantem & in via ſpargentem. Teſtis † autem deponens ſe aliquem cognoviſſe de nocte, non ſolùm ſe ipſum naturaliter repellit, ſed etiam ex hoc ipſo de falſo ſuſpectus redditur, Jaſ. *in l. ſi non ſpeciali, n.* 10. *C. de teſtib.* Burſat. *conſil.* 34. *n.* 7. *lib.* 1. Proſper. Farinac. 2. *conſil.* 142. *n.* 21. 244

Non obſtante, † quòd Luna luceret; quia teſtes deponentes, ſe vidiſſe ad lumen Lunæ, non ſunt integræ fidei, Felin. *in c. ſicut n.* 5. *extr. de re iudic.* Boſſ. *in tit. de iudic. n.* 173 *verſ. & eodem modo.* Ubi dicit, quòd quicquid ſit in civilibus in † criminalibus tamen talem probationem nihil concludere, & hoc poſt alios à ſe 245 246

adductos consulendo secutus est Prosper. Farinac. *in Practic. crimin. meritò primas. Consil. 166. num. 14.*

Sextò, Assertiones puellæ istius, à qua orta hæc est diffamatio, contra Dominam viduam ejusque filiam, majori ex parte, non solum evidenter falsæ & fictæ repertæ sunt, sed etiam propter variationes & contrarietates, ita se ipsas destruunt, ut apud cordatos & verum ac justum amantes, nihil planè fidei mereri possint, quas variationes & contrarietates in sequenti quæstione ad oculum ex ipso Protocollo demonstrabimus.

247 Variatio † autem & multo magis contradictio circa ejusdem facti narrationem non potest esse sine calumnia & evidenti mendacio, *inquit* Anton. Fab. *in C. ver. in Sabaud. tudic. lib. 9. tit. 21. de fin. 5. n. 2. in not at.*

248 Ideoque † arguit suspicionem falsi & incerti. *arg. l. ejus qui. Vbi* Bart. *ff. ad L. Cornel. de fals.* Tiber. Decian. *Respons. 91. nu. 19. vol. 3.* Johan. Gœdd. *consil. Marp. 32. num. 284. vol. 3.*

249 Et variantes † & sibi contrarii fortissima se juris præsumptione onerant, & non merentur, ut audiantur, vel ut ipsis aliqua fides adhibeatur, *l. qui falsa. ff. de testib.* Paris. *consil. 77. n. 3.* Aym. Cravett. *consil. 178. n. 4.* Jas. *in l. fin. C. de fideicom.* Herman. Vult. *consil. Marp. 15. n 100. vol. 1.* Meichsner. *Decis. camer. 18. n. 43. tom. 3.*

250 Quare nullum evidentius signum est falsitatis arguendæ, quod testis † verum non dicat, quàm si circa idem factum varia & contraria deponat. Bald. *in l. sed etsi possessori, §. sed etsi verum, ff. de Iurejur.* Aretin. *consil. 71. col. pen.* Foller. *in Pract. crim. in verb. Item quod commisit falsitatem. num. 72. quos ad hoc adducit & sequitur* Prosp. Farinac. *2. consil. 138. n. 11.*

Septimò. In præsenti facti specie non parum perpendendum quod puella ista proprio motu nunquam Dominam viduam ejusque filiam apud Magistratum detulerit, vel ullam ejus mentionem fecerit, sed quod pater ejus, in cujus ædibus ista catenis constricta detenta fuit, (qui narratur inimicus fuisse Dominæ viduæ propterea quod ejus operas in construēdo Epitaphio prædefuncti sui mariti, non conduxerit,) una cum uxore Noverca puellæ, primi delatores apud magistratum exstiterint, & quod Judex posteà, contra juris ordinem desuper interrogaverit puellam, quæ patris & novercæ delationē & diffamationem utiq; ex composito, ut ex multis verisimilibus colligitur circumstantiis, ratificavit; Et ita istæ assertiones potius sunt malevolorum suggestiones, quàm confessiones. Siquidem ex Protocollo apparet, quod puella ista ad delationem patris & novercæ 23. die Januarii An. 1617. ad deputatos & Syndicum Capituli vocata & in genere examinata, & quæ proprio motu confessa est Protocollo inserta sunt, ubi multa & varia narravit, quo pacto & à quibus magicas artes didicerit, item quas personas in convēnibus Lamiarum conspexerit, vel tales esse putaverit, easque nominatim recensuit, nullam tamen in tota illa narratione proprio motu & non ad suggestionem patris vel judicis, factâ depositione, ullo verbo,

Dominæ

Dominæ viduæ vel ejus filiæ meminerit. Idem videre est ex *Protocollo de* 24. & 27. *die Ianuarii*. Ubi pariter puella nullam Dominæ viduæ vel ejus filiæ mentionem fecit. Sed postquam pater ejus 31. die Januarii Dominam viduam apud Judicem detulisset, quasi à filia sua audiverit: prædictam viduam unà cum filia N. esse in illa societate, puella deinde ad delationem patris à judice per suggestionem quasi desuper interrogata, id affirmavit, ratione dicti adjectâ, **Es hatte der Teuffel vnd die N. auch andere sie berichtet / die N. vnd jhre Dochter wehre auch in der** compagni: Pariter *ex Protocollo de* 13. *Febr.* apparet, quod non puella ista motu proprio apud Judicem fassa est, Dominam viduam Reverendissimo suæque celsitudinis sorori confictum istud damnum attraxisse, & aureum cochlear, cujus supra meminimus arte magica surripuisse, ac postea 40. vel 50. thaleris vendidisse, sed patre inimico Dominæ viduæ & noverca prius falsissimè ita rem deferentibus, & procul dubio odii virulentiâ suggerentibus, ita contra notoriam rei veritatem, eorum delationes mendaces comprobârit: Siquidem ex dicto *Protocollo de* 13. *Febr.* abunde patet, ad generalem judicis inquisitionem præmissam, nihil horum puellam istam de Domina vidua ejusque filia falsissimè diffamatis motu proprio, sed ad interrogationem judicis ex delatione patris & novercæ meminisse, in quo Judex examinator terminos inquisitionis transgressus esse videtur. Siquidem Judex † recto tramite in faciendis examinibus pro- 251
cedere debet ad finem indagandæ veritatis, non autem reum specialibus interrogationibus suis involvere & inducere ad confitendum: cum id suggerentis potius qtàm interrogantis esse videatur, *Inquit* Jul. Clar. *lib. 5. Sentent. §. fin. q.* 45. *num.* 11. *cui concord. text. in constitut. crim.* Carol. V. *art.* 31. *verf.* **Zum Ersten/ ꝛc.** Ubi
præscribitur judicibus, † quod non debeant reos interrogare super hoc vel illo 252
individuo de Cajo vel Sempronio, sed generaliter, quia illa interrogatio in individuo est quædam suggestio, *ut dictum est* Anton. Gomez. *Variar. resolut. tom. 3. cap.* 11. *n.* 17. Sigismund. Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 7. Ubi dicit, † quod reus non 253
sit interrogandus de sociis in specie, quando non præcederet judicium: quia esset suggestio & Judex perderet propriam animam, & processus esset ipso jure nullus, Prosp. Farinac. *consil. crim.* 83. *n.* 6. *& ibid. in addit. tit.* 6. *lib.* 1.

Atq; ita etiam respondit Juridica Facultas Colonienſis, asserentes quod ita interrogare † in individuo, sit potius incitare & suggerere, vel quærere, 254
quodque ad talem nominationem facta inculpatio suggestionis vitio inficiatur, & magis propter suggestionem, & ad placendum & satisfaciendum judici interroganti, quàm quod res ita se habeat, emissa censeatur, aliter quam in generali interrogatione, in quam hæc suspicio non cadit: quod consilium exstat inter consil. Ernest. Cothman. *post consil.* 29. *nu.* 307. *vol* 3. Ubi id aliis adductis firmant. Ideoq; etiam † in veneficii processu observandum monet Godelman. 255
de Mag. & Venefic. lib. 3. *cap.* 9. *n.* 16.

Quamobrem verisimile est, stolidam hanc puellam à judice ex delatione

patris ſuggerente, ſuper Domina vidua interrogatam, putaſſe, ſe rem gratam facturam patri & examinatoribus, ſi ita ut ipſi interrogarent, & de Domina vidua ejuſque filia reſponſum cuperent, reſponderet: maximè cum antea generaliter examinata puella iſta nihil unquam, de Domina vidua ejuſque filia motu proprio faſſa ſit, ſed tantum patris inimici & novercæ delationes falſiſſimas ad judicis ſuggeſtionem affirmârit, quilibet videt, quid ejuſmodi delationibus ab inimico factis & per ſuggeſtionem inordinatam extortis confeſſionibus, indeque exortæ diffamationi, tribuendum ſit. Diffamationi † enim, quæ initium ſumpſit ab inimicis eorumque delatione, cujus poſtea falſitas notoriè detecta, planè nihil tribuendum eſſe tam recta ratio, quàm juris ſuadet auctoritas. *cap. cum oporteat, cap. qualiter & quando extra de accuſat. l. 3. in pr. ff. de teſtib.* P. H. Ordn. Caroli V. *art.* 25. *verſ.* Erſtlich *ibi:* doch ſol ſolcher böſer Leümuth nicht von feinden oder leichtfertigen Leüten kommen / ꝛc. *cum ſimilibus.* Grammat. *conſil.* 38. *num.* 13. Berthazol. 2. *conſil.* 284. *n. ult.* Ubi dicit, admittere † inimici dictum non eſſe nocivum: Maximè cum in præſenti facti ſpecie narretur cauſa probabilis & veriſimilis inimicitiæ, quod videlicet Domina vidua in conficiendo Epitaphio prædefuncti Domini mariti non hujus ſed alterius operas conduxerit. Quia verum eſt, quod dicitur: Figulus figulo invidet. Ideoque † eandem artem exercentes præſumuntur inimici, *per tradita* Jaſ. *conſil.* 167. *num.* 7. *in fin. vol.* 4. Mant. *conſil.* 122. *n.* 12. *vol.* 1. Tiber. Decian. *in tract. Crim. lib.* 3. *cap.* 26. *n.* 18. Et conſequenter etiam eos odio habere cenſentur, qui horum potiùs quam illorum operas conducunt. Sufficit † autem ad effectum repellendæ diffamationis etiam præſumpta inimicitia, Innoc. *cum j. & ff. in fin. de re judic.* Bald. *in l. præſcriptione col. pen. C. ſi contra jus vel util. publ.* Menoch. 1. *arbitrar. caſ.* 28. *n.* 6. *&* 7. Vinc. Hondet. 1. *conſil.* 100. *n.* 27. *&* 28.

Hiſce accedit, quod in facti ſpecie narratur, præter hæc alia multa parentes hujus puellæ illi de innocentibus quos odio habuerant in ædibus ſuis, ubi catenis conſtricta fuit, ſuggeſſiſſe, quæ tamen falſiſſima fuerint. Ideoque probabilis eſt conjectura idem feciſſe de Domina vidua.

Quæ omnia ex abundanti hîc adducimus, cùm ſatis ſit falſitatem, juſto Dei judicio & emergente veritate, detectam eſſe, circa furreptum per furem cochlear, eoque detecto & publicè virgis propterea cæſum, adeoque ipſam Dominæ viduæ, ejusque filiæ contra jus fasque diffamatarum innocentiam, de terra clamaſſe in cœlum uſque.

Reſtat, ut ad argumenta in contrarium adducta reſpondeamus, ſiquidem † dubiorum ſolutio eſt veritatis inquiſitio, Nicol. Reuſn. *conſ.* 1. *in fin. princ.* Et quamvis iſta dubia ex hiſce quæ pro ratione decidendi adducta ſunt, ſua ſponte corruant, brevibus tamen ſingula percurremus.

Ad I. itaque progrediendo reſpondemus, † Famam ſive exiſtimationem alicujus non falſa delatione & malevolorum diffamatione, ſed ſolo crimine & delicto

delicto minui, lædi, vel tolli, per ea quæ superius in prima decidendi ratione adducta sunt. Non enim ideo quis † bonus esse desinit & inter malos connu- 262
meratur, quod à levissimis, à Diabolo delusis vel etiam corporaliter obsessis malus esse pronunciatur, aliâs nec ipse † Salvator noster bonus mansisset, qui 263
aliquoties seditionis aliorumque criminum fuit accusatus & inculpatus. Tantò minus ad justificandam diffamationem satis est, quod puella apud judicem confessa sit, se à Diabolo & vetula quadam audivisse, Dominam viduam ejusq; filiam esse in compagnia seu consortio sagarum: Quia Diabolus, † ut vel ipsa 264
nominis notatio arguit, calumniator, falsus delator, & homicida ab initio est, qui in veritate non stetit, sed mendacium loquitur; Quia mendax est & pater ejus, teste ipso Salvatore *Iohan. cap.* 8. *v.* 44. cum similibus.

Deinde apud juris interpretes recepta est Brocardica, testi † vel delatori 265
asserenti se audivisse aliquid ab alio plus non credi, quàm crederetur ei, à quo se dicit audivisse, ne plus credatur † capiæ quam originali. Oldrad. *consil.* 69. 266
Cravett. *consil.* 6. *n.* 67. Vinc. Honded. *consil.* 102. *n.* 58. *vol.* 1.

Non enim creditur testibus, † quorum repelluntur auctores *cap. fraternitatis de hæretic. cap. nullius*, 3. *q.* 4. Bart. *in l. admonendi, ff. de iurejur.* Cravet. *cons.* 112. *n.* 13. 267
Qualis autem sit auctor & testis veritatis Diabolus ex modò adducto scripturæ loco patet. Neque hoc Diaboli testimonium juvatur prætensâ vetulæ nominatæ in contestem assertione, quia hoc falsum etiam est, cum ex actis non appareat, vetulam istam nominatam hoc dixisse & dictum comprobasse. Deinde etiam si id vetula ista unâ cum Diabolo puellæ isti dixissent, ex hoc tamen Diaboli testimonium & suggestio non valida redderetur: Cum & vetula ista testis idonea non fuisset.

Quamobrem † testis unus non potest supplere defectum alterius, quãdo 268
eorum nullus est integer & omni exceptione major, Corn. *consil.* 172. *num.* 20. Gabr. *lib.* 7. *Con. lus. comm. concl.* 5. *nu.* 7. *&* 8. *tit. de Testibus.* Becc. *consil.* 85. *num.* 20. Prosp. Farinac. *Consil. crim.* 166. *n.* 25. *lib.* 2.

Prætereà licet † præteritorum optimè recordetur Diabolus, verum ta- 269
men de illis dicere non solet, sed omnes suas actiones dirigit ad decipiendos & fallendos homines, ut subvertat veritatem & justitiam, *Genes.* 3. *v.* 1. *Zach.* 2. 3. *v.* 1. *Actor.* 13. *vers.* 10.

Non majoris ponderis & efficaciæ est secundum argumentum. Siquidem ex iis, quæ in prima quæstione latè deduximus, constat, † ut plurimum spectra 270
fœminarum per illusiones Diabolicas in istis nocturnis conventibus, non veras fœminas apparere, ipsumque Diabolum in varias species & figuras se transformare & sagis illudere, oculos sensumque fascinare. Ideoque nihil tali assertioni sagarum, quarum oculi fascinantur à Diabolo, & sensus decipitur credendum est. Cum talia dicta procedant à Dœmone, qui per deceptos homines alios decipere gestit quotidie. *cap. qui sine Salvatore*, 26. *quæstione* 2. *& qua præterea allegat*

Francisc.

Franciſc. Ponticin. *de Cam. n.65.* Et pro majori hujus dubii reſolutione referimus nos ad reſolutionem *primæ Quæſtionis ſupra num.38. & mult. ſeqq.* ne bis idem odiosè dicamus.

Quantum verò adductam *Petri Binsfeld. Iohan. Bodin.* & aliorum qui idem
271 aſſerunt, auctoritatem attinet, † quia ſine fundamento juris & rationis loquuntur, parum attendenda eſt: *Et illu text. in d. cap. Epiſcopi, & in cap. neque mirum, 26. quæſt. 5.* aliasque ſolidiſſimas rationes & auctoritates multò auguſtiores *ſupra in reſolutione d. 1. Quæſtionis* adductas opponimus. *Quibus accedunt ea, quæ ſcribit* Sigiſm. Scacc. JCtus Roman. Celeberrimus, *lib. 1. de Iudic. cap. 82. n. 10.*

272 Quod videlicet † Lamiæ ſeu ſtriges cum reperiuntur in illis choreis, Dæmonum illuſionibus deceptæ, multa eorum ludificatione & arte videant, quæ falſa & ficta ſunt, & ipſæ vera exiſtimant: addens ibidem, malè facere judices facilè aliquid tribuentes iſtiuſmodi Lamiarum depoſitionibus, eosque judices *Crabrones* appellat, & adducit exemplum de quodam ignaro commiſſario, qui ex tali depoſitione de veneficio diffamatam quæſtionibus ſubjecerat, eundem ex decreto ſupremi inquiſitionis Senatus, debitas dediſſe pœnas. Et faciunt
273 quæ conſulendo ſcripſit *Erneſtus Cothmannus*, † Quod ejuſmodi aſſertiones in graviſſimo veneficii crimine contra viros bonos & honeſtas matronas per ſe ſolæ nihil ſuſpicionis ſiniſtræ excitare, aut earum bonam famam & exiſtimationem denigrare poſſint, *per multa Iura ad hoc adducta Conſil. 4. n. 59. & n. 61. vol. 3. & Conſil. 12. n. 229. vol. 1. Idq; pluribus deducit* Joh. Godelm. *de Venefic. lib. 3. c. 9. per tot.*

Et mirum eſt, quâ ratione *Binsfeld. Bodin.* & alii ex hoc, quod Lamiæ di-
274 cant, ſe vidiſſe aliquam in choreis, ſolidi quid inferre poſſint, cum † ipſi ſcribant, non ſemper corporaliter transferri Lamias, ſed quandoque illuſione & imaginatione & phantaſiâ. Vide Binsfeld. *in tract. de Confeſſ. malefic. memb. 1. concluſ.*

Quod itaque ſe habet ad fieri & non fieri, ex eo non poteſt certò & infal-
275 libiliter concludi, † cum non probat adeſſe, quod contingit abeſſe, *l. neque na-*
276 *tales, C. de probat.* Weſ. *conſil. 38 n. 29.* Maximè in † criminalibus, in quibus probationes debent de neceſſario concludere, & non de contingenti, *per ea quæ tradit* Hieron. de Cævall. *Pract. qq. 302. n. 5.* Deinde hæc puellæ confeſſio, quod viderit Dominam viduam in choreis ſagarum, collata cum priori, ſe hoc audiviſſe à Diabolo implicat variationem quæ ſine evidenti falſitatis & mendacii ſuſpicione ſubſiſtere vix poteſt, per ea quæ ſupra deduximus.

Tertia dubitandi ratio deſumpta ex auctoribus mallei malefic. Divini &
277 humani Juris fundamento caret. Nam licet † Diabolus honeſtos viros & matronas, Deo id permittere nolente, infamare non poſſit, neq; in earum ſpecie apparere, nihil tamen magis tentare eum videmus, quàm ut bonos & fideles accuſet, deferat, diffamet, Deo id ita permittente, Apocalyp. 12. *verſ.* 10.
278 Job. *c. 1. & ſeqq.* Annon ipſum † Chriſtum creatorem ſuum calumniis per organa ſua laceravit & diffamavit, quod Samaritanus eſſet, & haberet Dæmonium?

nium? Johan. *cap.* 8. *v.* 48. Quod blaſphemaret Deum, Matth. *cap.* 9. *v.* 3. Et *cap.* 24. *verſ.* 6. *cap.* 26. *v.* 64. *& ſeqq.* Si itaque ipſum patremfamil. Beelzebub vocavit: quantò magis fideles & domeſticos ejus? uti ipſe arguit Salvator, † Matth. 10. 279
verſ. 25. Et Matth. *cap.* 5. *v.* 11. ad diſcipulos ſuos dicit: Beati eſtis, cùm maledixerint vobis & dixerint omne malum adverſum vos *mentientes* propter me. Jacob Patriarcha incuſatur furti, Geneſ. *cap.* 31. *v.* 31. Joſeph filius eius reus agitur adulterii & carceri includitur, Geneſ. *cap.* 39. *v.* 14. idem accidit caſtiſſimæ Suſannæ à duobus ſenibus nequam, Daniel. *cap.* 13. *v.* 6. in hiſtoria Suſannæ. Amos Prophetа ſeditionis accuſatur, Amos *cap.* 7. *v.* 10. S. Stephanus falſis oneratur teſtimoniis, quod dixerit verba blaſphemiæ in Moſen & Deum, Actor. *cap.* 6. *v.* 11. Paulus & Silas turbarum & motus incuſantur, Actor. *cap.* 16. *v.* 20. Jaſon rebellionis, Actor. *cap.* 17. *v.* 7. *&* 8. Ejuſque rei infinita alia exempla adduci poſſent. Habet enim hoc proprium, inquit *Gregor.* antiqui hoſtis invidia, ut quando in pravorum actuum perpetrationem dejicere non valet, opiniones eorum, falſa ad præſens ſimulando, dejiciat, *cap. habet hoc 2. q. 4. & cap. omnibus vobis ibid.* Quod 280
etiam Diabolus † in ſpecie juſtificatorum & fidelium apparere & varias formas aſſumere poſſit, *ſuprà num.* 28. *& aliquot ſeqq.* exemplo Samuelis viri juſti & Prophetæ, in cujus jam defuncti forma ficta Diabolus Sauli comparuit, probatum eſt, 1. Samuel. *cap.* 28. *text. in cap. nec mirum*, 26. *q.* 5. Unde Apoſtolus, † ipſe 281
Satanas, inquit, transfigurat ſe in Angelum lucis, 1. Corinth. *cap.* 11. Si itaque Dei permiſſu & in habitu viri juſti eum quandoque comparuiſſe, & in Angelum lucis ſe tranſigurare poſſe ſacris edocemur literis, fundamento planè caret auctorum modò adductorum traditio. Quin imò ipſi recenſent † exemplum ex 282
legenda B. Hieronymi, quod Diabolus ſe transformârit in formam S. Silvani Epiſcopi in Nazareth, amatoris Hieronymi, & fœminam nobilem nocte in lecto ad luxuriam primò verbis, deindè factis ſollicitarit: illa clamante Dæmonem ſub ſpecie prædicti Epiſcopi ſancti ſub lecto ſe abſcondiſſe, & mentitum fuiſſe, ſe eſſe Epiſcopum Silvanum. Indeque illum Epiſcopum poſteà diffamatum eſſe graviſſimè. Quod exemplum poſt alios recenſet Martin. Delri. *Diſquiſ. Magic. lib.* 3. *quæſt.* 12. *n.* 5. Zepper. *in Leg. Moſaic. lib.* 5. *c.* 10. *n.* 7. Et fatetur Delri. alleg. modo loco, negandum non eſſe, abſolutè poſſe Dæmonem innocentum cohibere formas, ſi Deus ſinat. Neque enim propterea inferendum, † famam no- 283
ſtram eſſe in Diaboli poteſtate, cum ne capillum capitis noſtri lædere poſſit ſine voluntate Dei.

Quod tamen † Deus aliquando permittat, ut bonorum vitæ, corpori, 284
famæ & bonis jacturam inferat, exemplo ipſius Salvatoris, Jobi & aliorum piorum, notius eſt, quam ut ulla probatione indigeat. Hinc valde prudenter reſpondit in tali caſu conſultus, Johan. Fichard. JCtus Celeberrimus, *Conſil. German.* 111. *ſub num.* 4. Ubi ita ſcribit: † **Zum Andern weiß man / daß der böſe** 285
feind frommen Leuthen ſonderlich gehäſſig / vnd derwegen dieſelbe / wie er kan /

Franciſc. Ponticin. *de Cam. n.65.* Et pro majori hujus dubii reſolutione referimus nos ad reſolutionem *primæ Quæſtionis ſupra num.38. & mult. ſeqq.* ne bis idem odiosè dicamus.

Quantum verò adductam *Petri Binsfeld. Iohan. Bodin.* & aliorum qui idem
271 aſſerunt, auctoritatem attinet, † quia ſine fundamento juris & rationis loquuntur, parum attendenda eſt: *Et illis text. in d. cap. Epiſcopi, & in cap. neque mirum, 26. quæſt. 5.* aliasque ſolidiſſimas rationes & auctoritates multò auguſtiores *ſupra in reſolutione d. 1. Quæſtionis* adductas opponimus. *Quibus accedunt ea, quæ ſcribit* Sigiſm. Scacc. JCtus Roman. Celeberrimus, *lib. 1. de Iudic. cap. 82. n. 10.*

272 Quod videlicet † Lamiæ ſeu ſtriges cum reperiuntur in illis choreis, Dæmonum illuſionibus deceptæ, multa eorum ludificatione & arte videant, quæ falſa & ficta ſunt, & ipſæ vera exiſtimant: addens ibidem, malè facere judices facilè aliquid tribuentes iſtiuſmodi Lamiarum depoſitionibus, eosque judices *Crabrones* appellat, & adducit exemplum de quodam ignaro commiſſario, qui ex tali depoſitione de veneficio diffamatam quæſtionibus ſubjecerat, eundem ex decreto ſupremi inquiſitionis Senatus, debitas dediſſe pœnas. Et faciunt
273 quæ conſulendo ſcripſit *Erneſtus Cothmannus*, † Quod ejuſmodi aſſertiones in graviſſimo veneficii crimine contra viros bonos & honeſtas matronas per ſe ſolæ nihil ſuſpicionis ſiniſtræ excitare, aut earum bonam famam & exiſtimationem denigrare poſſint, *per multa iura ad hoc adducta Conſil. 4. n. 59. & n. 61. vol. 3. & Conſil. 12. n. 229. vol. 1. Idq; pluribus deducit* Joh. Godelm. *de Venefic. lib. 3. c. 9. per tot.*

Et mirum eſt, quâ ratione *Binsfeld. Bodin.* & alii ex hoc, quod Lamiæ di-
274 cant, ſe vidiſſe aliquam in choreis, ſolidi quid inferre poſſint, cum † ipſi ſcribant, non ſemper corporaliter transferri Lamias, ſed quandoque illuſione & imaginatione & phantaſiâ. Vide Binsfeld. *in tract. de Confeſſ. malefic. memb. 1. concluſ.*

Quod itaque ſe habet ad fieri & non fieri, ex eo non poteſt certò & infal-
275 libiliter concludi, † cum non probat adeſſe, quod contingit abeſſe, *L. neque na-*
276 *tales, C. de probat.* Weſ. *conſil. 38 n. 29.* Maximè in † criminalibus, in quibus probationes debent de neceſſario concludere, & non de contingenti, *per ea quæ tradit* Hieron. de Cævall. *Pract. qq. 302. n. 5.* Deinde hæc puellæ confeſſio, quod viderit Dominam viduam in choreis ſagarum, collata cum priori, ſe hoc audiviſſe à Diabolo implicat variationem quæ ſine evidenti falſitatis & mendacii ſuſpicione ſubſiſtere vix poteſt, per ea quæ ſupra deduximus.

Tertia dubitandi ratio deſumpta ex auctoribus mallei malefic. Divini &
277 humani Juris fundamento caret. Nam licet † Diabolus honeſtos viros & matronas, Deo id permittere nolente, infamare non poſſit, neq; in earum ſpecie apparere, nihil tamen magis tentare eum videmus, quàm ut bonos & fideles accuſet, deferat, diffamet, Deo id ita permittente, Apocalyp. 12. *verſ.* 10.
278 Job. *c. 1. & ſeqq.* Annon ipſum † Chriſtum creatorem ſuum calumniis per organa ſua laceravit & diffamavit, quod Samaritanus eſſet, & haberet Dæmonium?

nium? Johan. *cap.* 8. *v.* 48. Quod blaſphemaret Deum, Matth. *cap.* 9. *v.* 3. Et *cap.* 24. *verſ.* 6. *cap.* 26. *v.* 64. *& ſeqq.* Si itaque ipſum patremfamil. Beelzebub vocavit: quantò magis fideles & domeſticos ejus? uti ipſe arguit Salvator, † Matth. 10. 279
verſ. 25. Et Matth. *cap.* 5. *v.* 11. ad diſcipulos ſuos dicit: Beati eſtis, cùm maledixerint vobis & dixerint omne malum adverſum vos *mentientes* propter me. Jacob Patriarcha incuſatur furti, Geneſ. *cap.* 31. *v.* 31. Joſeph filius eius reus agitur adulterii & carceri includitur, Geneſ. *cap.* 39. *v.* 14. idem accidit caſtiſſimæ Suſannæ à duobus ſenibus nequam, Daniel. *cap.* 13. *v.* 6. in hiſtoria Suſannæ. Amos Prophetа ſeditionis accuſatur, Amos *cap.* 7. *v.* 10. S. Stephanus falſis oneratur teſtimoniis, quod dixerit verba blaſphemiæ in Moſen & Deum, Actor. *cap.* 6. *v.* 11. Paulus & Silas turbarum & motus incuſantur, Actor. *cap.* 16. *v.* 20. Jaſon rebellionis, Actor. *cap.* 17. *v.* 7. *&* 8. Ejusque rei infinita alia exempla adduci poſſent. Habet enim hoc proprium, inquit *Gregor.* antiqui hoſtis invidia, ut quando in pravorum actuum perpetrationem dejicere non valet, opiniones eorum, falſa ad præſens ſimulando, dejiciat, *cap. habet hoc 2. q. 4. & cap. omnibus vobis ibid.* Quod etiam Diabolus † in ſpecie juſtificatorum & fidelium apparere & varias for- 280
mas aſſumere poſſit, *ſuprà num.* 28. *& aliquot ſeqq.* exemplo Samuelis viri juſti & Prophetæ, in cujus jam defuncti forma ficta Diabolus Sauli comparuit, probatum eſt, 1. Samuel. *cap.* 28. *text. in cap. nec mirum*, 26. *q.* 5. Unde Apoſtolus, † ipſe 281
Satanas, inquit, transfigurat ſe in Angelum lucis, 1. Corinth. *cap.* 11. Si itaque Dei permiſſu & in habitu viri juſti eum quandoque comparuiſſe, & in Angelum lucis ſe tranſigurare poſſe ſacris edocemur literis, fundamento planè caret auctorum modò adductorum traditio. Quin imò ipſi recenſent † exemplum ex 282
legenda B. Hieronymi, quod Diabolus ſe transformârit in formam S. Silvani Epiſcopi in Nazareth, amatoris Hieronymi, & fœminam nobilem nocte in lecto ad luxuriam primò verbis, deindè factis ſollicitarit: illa clamante Dæmonem ſub ſpecie prædicti Epiſcopi ſancti ſub lecto ſe abſcondiſſe, & mentitum fuiſſe, ſe eſſe Epiſcopum Silvanum. Indeque illum Epiſcopum poſteà diffamatum eſſe graviſſimè. Quod exemplum poſt alios recenſet Martin. Delri. *Diſquiſ. Magic. lib. 3. quæſt.* 12. *n.* 5. Zepper. *in Leg. Moſaic. lib.* 5. *c.* 10. *n.* 7. Et fatetur Delri. alleg. modo loco, negandum non eſſe, abſolutè poſſe Dæmonem innocentum cohibere formas, ſi Deus ſinat. Neque enim propterea inferendum, † famam no- 283
ſtram eſſe in Diaboli poteſtate, cum ne capillum capitis noſtri lædere poſſit ſine voluntate Dei.

Quod tamen † Deus aliquando permittat, ut bonorum vitæ, corpori, 284
famæ & bonis jacturam inferat, exemplo ipſius Salvatoris, Jobi & aliorum piorum, notius eſt, quam ut ulla probatione indigeat. Hinc valde prudenter reſpondit in tali caſu conſultus, Johan. Fichard. JCtus Celeberrimus, *Conſil. German.* 111. *ſub num.* 4. Ubi ita ſcribit: † **Zum Andern wetß man / daß der böſe** 285
feind frommen Leuthen ſonderlich gehäſſig / vnd derwegen dieſelbe / wie er kan /

anſicheet/welches im dañ gegen einer jeden Ehrlichen Frawen/(welche er ſolchen Weibern im Schlaff leichtlich vorbilden/*Secundùm text. in d. cap. Epiſcopi:*)zu vben leicht ſeyn würde/ wann auff ſolche betrügliche vnd vngewiſſe befagung ſolte ergangen werden. *Et in eodem Conſil. ſub num.* 2. monet, ut parum auctoribus iſtis
286 † mallei maleficarum tribuamus, cum proprii commodi cauſa, & ut ipſis aliisq; ejus farinæ inquiſitoribus pravitates hæreticæ latior via inquirendi pateret, multa contra veritatem ſcripſiſſe.

287 Ad *Quartum* reſpondemus, non difficilè eſſe † Diabolo ſemel deluſam ſæpius deludere: ſemel enim ſibi addictos in laqueis ſuis quaſi captivos tenet. Quantum verò ad cochlear illud aureum arte magica per Dominam viduam, ut falsò aſſeruit iſta puella, prætensè ſublatum attinet, vel ex hoc ſolo Diaboli calumniæ, apertiſſima mendacia & falſitas eorum, quæ ex narratione iſtius puellæ in protocollum judicii N. hac de re redacta, & poſteà non ſine injuria Dominæ viduæ ejusque filiæ falſiſſimè diffamatarum, inconſulta facilitate, & omiſſa diligenti maximè temporis, loci, aliarumque circumſtantiarum inquiſitione, licet ſuppreſſis nominibus, tanquam vera in loco judicii criminalis, publicata ſunt, ſatisque ſuperque liquent, cum de vero fure ſurreptore iſtius cochlearis, ejusque proceſſu, condemnatione & pœna tàm Dominis Capitularibus, quàm aliis notoriè conſtet.

Quæ in *Quinta* dubitandi ratione adducta ſunt, magis arguunt Nullitatem proceſſus illius, quàm ut Dominæ viduæ exiſtimationi & famæ vel minimam jacturam adferant. Siquidem quantum ad Dominam viduam attinet,
288 certum eſt, † quod reus neque tormentis neque formidine tormentorum interrogandus ſit in ſpecie de hac vel illa perſona in individuo, P. H. O. Carol. V. *art.* 31. §. Zum erſten/ *ibi:* Daß dem Sager die Beklagte Perſon/ in der Marter mit Namen nicht fürgehalten/ vnd alſo auff dieſelbig Perſon ſonderlich nicht gefragt worden ſey/ ꝛc. Maximè honeſta, contra quam non exſtant indicia urgentia & de jure comparata, *Criminal. Conſt.* Carol. V. *d. art.* 31. §. Zum *IV.*

289 Ideoque interrogatio † facta vel tormentis vel formidine tormentorum, de ſociis nominatis in individuo non præcedentibus indiciis, per ea quæ ſupra
290 deducta ſunt, ſuggeſtio eſt. Proceſſus autem † per ſuggeſtionem factus ſine indiciis legitimis ipſo jure nullus. *Vt tradunt* Bero *conſil.* 167. *num.* 15. *lib.* 3. Sigiſm. Scacc. *de Iudic. lib* 1. *cap.* 85. *ſub n.* 37. *& cap.* 87. *ſub n.* 7. *per text. in l.* 1. §. *qui quæſtionem.*
291 *ff. de quæſtion. cujus verba hæc ſunt*: Qui † quæſtionem habiturus eſt, non debet ſpecialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, ſed generaliter, quis illud fecerit: alterum enim magis ſuggerentis quam requirentis videtur, uti Divus Trajanus reſcripſit. Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 21. *num.* 4. *in fin.* Ubi refert à ſupremo Senatu graviter reprehenſum quendam prætorem delegatum, qui delinquentem ita ſuggerendo interrogaverat. Conſtat autem ex actis, quod puella iſta, ea tantùm, quæ 13. *die Februarii Anno* 1617. & præcedentibus

tibus ex delatione patris & novercæ ad judicis ſpecialem interrogationem, non præcedentibus indiciis legitimis per ſuggeſtionem quaſi de Domina vidua aſſeruerat, ſequenti videlicet 14. die Febr. comminatione torturæ & monſtrato carnifice cum ſuis inſtrumentis repetiiſſe & eandem cantilenam ceciniſſe. Quæ prioris depoſitionis ad ſuggeſtionem factæ metu tormentorum extorta repetitio, eodem quo ipsa antecedens interrogatio nullitatis vitio laborat, quia † ra- 292
dice infectâ inficiuntur omnia exinde deſcendentia. Bald. *in l. ult. col. 1. C. de liber. prater.* Tiber. Decian. *Reſponſ. 98. n. 16. vol. 3.* Zaſ. *2. conſil. 10. n. 19.* Et infectâ cauſa primitiva inficitur & derivativa, Matth. de Afflict. *Deciſ. Neapolit. 96. n. 3.*

Atqui ex iis quæ ſuprà deducta ſunt patet Dominam viduam ejuſque filiam non fuiſſe tales perſonas, in quas ſuſpicio graviſſimi illius criminis cadere potuit, neq; ullum legitimum indicium contra eas, (præter delationem puellæ iſtius patris inimici & leviſſimi hominis, quæ inter legitima indicia referri non poteſt,) exſtitiſſe. Ideoque nec judicem decuit, ſpecialiter & in individuo puellam de illis interrogare & aſſerriones iſtas quaſi ſuggerere & diffamationi huic occaſionem præbere.

Quæ *Sextò* de vi & effectu geminatæ & iteratæ confeſſionis adducta ſunt, in theſi ſuum quidem habent effectum: Sed in hypotheſi noſtra nihil planè ſtringunt, † probatâ videlicet falſitate & deficiente probabilitate ſæpius iteratæ 293
confeſſionis, tum etiam variatione & contradictione in unius ejuſdemq; facti circumſtantiis.

Ad *Septimum* reſpondemus, iſtam aſſeverationem puellæ propter rationes ſuprà adductas parùm attendendam eſſe, maximè cum jure aperto conſtitutum legimus, † aſſeverationem rei criminoſi, dicentis, **Er will dabey leben** 294
vnd ſterben/ etiamſi ſupplicii tempore repetat, neminem onerare. *text. in l. 3. §. 1. ff. ad SCtum Syll. ubi* JCtus Ulpian. *dicit*: Si quis moriens dixiſſet, à ſervo vim mortis allatam eſſe ſibi: dicendum eſt, non eſſe credendū Domino, ſi moriens hoc dixit niſi potuerit & probari. Raph. Cuman. *ad d. l. 3. §. 1.* Proſp. Farinac. *in Pract. Crimin. de indic. & tort. quæſt. 42. n. 28. 29. 30.* Alciat. *de Præſumpt. reg. 3. præſumpt. 4. num. 7. verſ. adverte tamen.* Ubi dicit quod † aſſertio morientis, in præjudicium 295
tertii, præſumptionem nullam faciat. *Quem alleget & ſequitur* Henric. Bocer. *de Quæſtion. cap. 3. ſub num. 45. verſ. ſed argumentum hoc.* Et in terminis † veneficii, 296
Wann die Zauberin auff die beſagung ſtirbt/ *ita tenet* Johan. Godelman. *de Mag. & Venefic. lib. 3. cap. 9. num. 25. & ſeqq.* Et in iiſdem veneficii terminis ita reſpondit Erneſt. Cothman. *conſil. 4. n. 65. vol. 3. ubi dicit.* Certi juris eſſe, † quod criminoſus 297
& infamis, etſi confeſſionem ſuam ſacerdoti conſtanter edat, corde appareat contrito, & ſacræ Cœnæ ſumptione teſtimonium repetat; nihil tamen inde ſuſpicionis ſiniſtræ contra homines bonos & honeſtos excitari & oriri. Similiter à principe imperii conſultus reſpondit Franciſc. Jacob. Ziegler. *quondam Camer. Imper. advocat. 27. Febr. Anno 1580. quod conſilium habetur in addition. ad*

Wier. *de Præstig. fol.* 569. Amand. Rudenscheid. *in consil. quod in ijsdem addition. exstat adducens ad hoc* Emman. Svar. Thesaur. *recept. sentent. nu.* 224. Neque obstat
298 quod dicitur, † neminem præsumi immemorem æternæ salutis decedere velle.
299 *ad hoc enim respondet gloss. &* Bald *in tit. de pac. constant.* Non † quemlibet morientem præsumi Johannem Baptistam Grammatt. *Decis.* 42. *nu.* 9. & *Decis.* 56. *nu.* 16. *quem ad hoc allegat.* Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2. *cas.* 89. *n.* 30. Oldrad. *consil.* 192. *col.* 1.
300 *vers. nec enim, Vbi dicit,* Quod † non omnis moriens dicat veritatem, *uti eum ad*
301 *hoc alleg.* Menoch. *consil.* 39. *n.* 70. Imo † sæpe etiam moribundos esse mendaces, *testatur* Sichard *in Auth. sed novo iure. n.* 15. *C. de serv. fugit.*

302 Et testis est † veritatis meridies, experientia, sagas, illustres sæpè & innocentes personas, spe impunitatis, aut ex mero saltem odio (etiam quandoque prævia conjuratione, ut novissima exstant exempla) indicasse, Godelman. *dict. cap.* 9. *n.* 1. Juxta id, quod dici solet:

Solatium est miseris socios habuisse malorum.

303 Cum enim † ipsis moriendum, etiam aliorum perniciem quærunt: **Sie sehen gern / wann sie brennen müssen / das auch die gantze Welt brennete /** Joh. Fichard. *consil. German.* III. *sub nu.* 4. *vers.* **Die weil man auß erfahrung hat / das solche böse Weiber** &c. Ideoque si verum esset, puellam istam Sagam fuisse, idem de ea erit judicium.

304 Præsertim † cum Sagæ eum, totius tragediæ auctorem & directorem habeant qui unico malo non satiatus, mille alia ex eodem elicere quotidiè satagit, cum sit homicida & mendax ab initio, Amand. Rudenscheid. *dict. consil.*
305 *addens ibid.* **Daß die tägliche † erfahrung mit bringe das all solche Weiber zu mehr mahlen andere mit Vnwarheit besaget / vnd sie** tanquam complices suæ factionis **angegeben / die dannoch Vnschuldig befunden / vnd von solcher Handlung frey durch Richterlichen außspruch erkand.**

Deinde constat ex actis puellam istam, quamvis ita affeverando dixerit, **Sie wolte bey jhrer auffage leben vnd sterben** / postea tamen sententia publicata pœnituisse, & dilationem ad se defendendū petiisse quo ipso omnia antea confessa tacitè revocavit, neque in iis constanter ad mortem usque perseveravit.

Insuper etiamsi huic afleverationi aliquid tribuendum esset, & etiam puella in ea constanter perseverasset, tamen falsitatem ejus assertionum, veritate postea in lucem emergente satis dere ctam constat.

Octavum argumentum aliquid ponderis habere videtur. Sed ad hoc re-
306 spondetur, judicem † loci (salvo tamen semper ejus honore) non tàm facilem esse debuisse in suscipiendo & postea nulliter publicando, contra Dominam viduam tanquam generis Nobilitate, morum pietate & honestate conspicuam matronam, ejusque filiam virginem Nobilissimam, non verisimiles & à Diabolo confictas delationes levissimorum hominum, & assertionem puellæ à Diabolo delusæ, vel obsessæ; Sed cautiùs debuisse agere & diligentiùs in veri-

tatem

ratem inquirere. Dixit enim Jehova judicibus: Non ſuſcipies † vocem men- 307
dacii, ne opprimatur inſons & juſtus, Exodi *cap.23.v.1.&7.* Quia ſæpe ſit commiſſio, ut monet Syracid *cap.19.v.15.* Quod Luthenus ita vertit: **Dann mann leugt gern auff die Leuthe: darumb gleube nicht alles was du höreſt.** Indeque canones ſtatuunt, non ſolum illum † reum eſſe, qui falſum de alio profert, ſed 308
etiam eum qui aurem citò criminibus præbet, *text.in cap.non ſolùm 11.q.3.*

Atqui conſtat notoriè, ex veritate detecta & ipſa rei evidentia, judicem loci non ſolum facilem fuiſſe, & per præpoſteras interrogationes crimen falſum ſuggerendo puellæ, ſed etiam falſa pro veris contra Dominam viduam ejuſque filiam inauditas & non defenſas, cum ſummo earum gravamine, licet ſuppreſſis id factum nominibus, publicaſſe, & ita nulliter publicando diffamationi occaſionem præbuiſſe.

Quod itaq; adductum eſt, probationem ſufficientem cenſeri, quæ † Ju- 309
dicem inducit ad credulitatem, non de quavis credulitate facili & inconſulta, ſed legali, ex certis & indubitatis rerum argumentis & jure comprobatis indiciis informata, accipiẽdum eſt; Quia † Judicis arbitrium regulari debet, ſecun- 310
dùm terminos & tramites juris & æquitatis, *l.1.ibi. ut legem non offendat. ff. de uſur. cap. judicet, 3.q.7. gl.in l.eas cauſas, ff.de condit.& demonſtr. Ordinat. Camer. part.3. tit.53. in verb.* **Nicht auß eigenem geſuchten / ſondern den rechten informirten Gewiſſen gleich richten vnnd vrtheylen /** Bald. *in l.fin.in 4.notab. Cod.de fideicom.* Berthazol. *conſil.crimin.432.n.7.* Cacheran. *deciſ.Pedemont.79.n.57.& ſeqq.*

Ubi dicit, quod † Judicis arbitrium non debet regulari ex cervice pro- 311
pria, Johan. Sichard *ad l.captatorias, n.5. C.de teſtam. milit.* dicens, † arbitrium Ju- 312
dicis intelligi tantùm de eo, quod eſt viri boni & æqui. Et hanc declarationem latè proſequitur Proſper. Farinacius *adduct. multis locis & auctoritatib. in practic. crimin.quæſt.37.n.193. & conſil.59.n.27. lib.1.*

Ideoq; non † poteſt nec debet Judex propter conceſſum ſibi arbitrium 313
iniqua æquis præferre, per ea quæ tradit Menoch. *1. arbitrar. caſ.65. num.1. & ſeqq.*

Hinc Joſaphat ad Judices, † videte, inquit, quid faciatis; non enim ho- 314
minis exercetis Judicium, ſed Domini, 2. Chronic. 19. v. 6.

Quod autem iſte proceſſus inquiſitionis & publicationis maximè quantum Dominam viduam attinet, non fuerit juri conformatus, ex iis, quæ paſſim ſuprà & in ſequentis quæſtionis reſolutione deducentur, patebit.

Præterea narratur in facti ſpecie, quoſdam ex Judicibus præſentibus, qui vel maximè hujus proceſſus, ex cujus evidenti nullitate, iſthæc orta diffamatio, directorium habuerant, adverſarios & inimicos fuiſſe Dominæ viduæ ejuſque familiæ, & jam antea eandem contra æquitatem jus faſq; gravaſſe, ideoque eorum arbitrium parum attẽdendum; quia, ut inquit Ariſtoteles, † eos qui de ve- 315
ritate judicare volunt, non adverſarios, ſed arbitros eſſe debere, *lib. 1. de tæl. c.10.* Cui congruit *text.in d. c. judicet, ibi:* Judicet † ille, qui ad pronunciandum nullo 316

317 odio, nullâ offensione, nulla levitate ducitur, *3. quæst.* 7. Est enim † odium unum ex illis quatuor, quæ pervertunt humanum Judicium, & fructum ejus in amaritudinem, *text. in cap. quatuor, junct. c. seq.* 11. *q.* 3.

Quamobrem nihil gravat Dominam viduam ejusq; filiam, quòd occasione illius processus nulliter & inordinatè instituti, diffamatio emerserit:
318 quia † temerarium Judicium nihil nocet ei, de quo temerè judicatur, *text. in c. temerarium*, 11. *q.* 3. Et ex iis, quæ deducta sunt & deducentur. I. Luce meri-
319 diana clariùs apparet, † istam diffamationem nihil aliud esse, quàm rumorem vanum, cui initium dedit Diaboli & hominum levissimorum malignitas: incrementum verò credulitas, uti ex Quintiliano *lib. 5. orator. Instit. c. 3. in his nostris terminis consulendo tradit* Ernest. Cothman. *resp.* 12. *n.* 155. *vol.* 1.

320 Et quia ejusmodi † diffamatio plerumq; transmittitur ab his, qui desiderant, de aliqua re esse famam, ideoque parum erfidendum, optimi juris nostri opinantur interpretes, per tradita Vincent. Honded. 1. *consil.* 102. *n.* 68.

321 Quare † famam ejusmodi esse ut plurimum rem falsam, fallacem, fragilem per malignantium aures artificiosè transmissam, pluribus persequitur Ernest. Cothman. *d. consil.* 12. *n.* 157. *& aliquot seqq. vol.* 1. Quin imò quidam ex dirigentibus processum Dominæ viduæ & ejus familiæ in facto narrantur fuisse
322 adversarii, & consequenter tales, † qui tanquam suspecti propter inimicitias & & præcedẽtia gravamina, si Domina vidua desuper audita, & ad defensionem admissa fuisset, de jure recusari potuissent, per ea quæ tradit Marant. *in speçul. part.* 6. *tit. & quandoq; appellatur, n.* 27. *& mult. seqq.* Mynsing. 3. *obs.* 36.

323 Fama † autem à suspectis ortum habens, & ipsa non immeritò suspecta est, per tradita Bart *in l. de minore*, §. *plurimum*, *n.* 15. *ff. de quæstion.* Brun. *inter crimin. divers. consil.* 115. *nu.* 45. *& seq. tom.* 2. quos allegat & sequitur Vincent. Honded. *d. consil.* 112. *sub n.* 73. *fac. constit. Carolin. art.* 25. §. ertlich/ *& artic.* 31 §. zum dritten.

324 Siquidem † ex causis judicamus de effectu, *l.* 2. § *fin. & l. seq. ff. de dol. l. voluntas, C. de fideicom.* Vult. 1. *consil. Marp.* 30 *n.* 76.

325 Et augentur † suspicionis hujus & inimicitiæ conjecturæ ex his quæ in facti specie subjiciuntur circumstantiæ, quod licet ad suggestionem parentum, puella ista alias quasdam personas nominârit & calumniis prosciderit, earum tamen nomina neq; Protocollo inserta, tanto minùs ea, quæ de iis narraverat in Judicio publicè, sicut de Domina vidua ejusq; filia factum, prælecta fuisse.
326 Atqui † non levis est suspicio, si Judex unum magis gravet quàm alterum, contra quem eadem militat ratio, *per ea quæ tradit* Marant. *allegat. loco.*

Quibus accedit, quòd pariter in facto narratur, præsentes Dominos N. N. requisitos à Domina vidua, re cognitâ demum post puellæ supplicium, viam se defendendi & innocentiam suam deducendi aperire noluisse: Copiam Protocolli ac assertionum istarum, à prædicta puella, ejusq; parentibus confictarum, in prima requisitione simpliciter denegâsse, prætereaque Notarios, quorum

operâ

operâ ad effectum præparandæ defensionis usa fuerat, ab officio removisse, & hoc ipso odii & inimicitiæ significationem non obscuram dedisse: cum tamen potiùs Dominæ viduæ favore & privilegiis prædefuncti Domini mariti, ipsorummet Collegii quondam Decani & Directoris gaudenti, omnem honestam expediendæ defensionis legitimæ rationem, ordinis & charitatis ratione id postulante, suppeditare, & eandem, tanquam ordinis sui Collegio addictam ab injuriis & mendaciis vindicare debuissent.

Restat nunc Nona & ultima dubitandi ratio, à denegatione directa testimonii Dominorum Judicum N.N. desumpta. Et sanè videre non possumus, quomodo præsentes tunc temporis Domini N. N. honestâ & legali ratione, Dominæ viduæ ejusque filię honestatis & integritatis testimonium, quod apud omnes cordatos, maximè universos Ecclesiæ illius loci Ministros omnium suffragio obtinuerunt, & adhuc dum laudabiliter obtinent, denegare potuerint, nisi vel odio, quod in facti narratione præsupponitur, vel etiam inconsultâ credulitate, falsissimarum delationum ducti id fecerint. Sed tunc rectè respondetur ex his, quæ Gregor. Papa Constantio Mediolanensi Episcopo *lib. 6. Epist. 14. rescripsit*, † Majora mala cum forsitan dicuntur, nisi probata, credi non debere. 327
Hæc igitur dixi, inquit ille, ut nimiæ esse levitatis ostenderem, si quis mala gravia credere studeat, quæ probari non possunt. Quæ Epistola Canonizatur *in cap. in cunctis*, 11. *q.* 3. Et quòd tàm reus sit, qui aurem citò criminibus præbet, quàm qui falsum profert, *suprà ex cap. non solum ead. caus. quæst. adduximus.* Sed tantùm abest, falsissimas istas delationes probari potuisse, ut potiùs contrarium evidenter in lucem emerserit. Quod cùm ita sit, ut ipsos non latere potuit directoris hujus processus, major meritò ipsius veritatis, singulari Dei beneficio cunctis patefactæ, esse debet auctoritas, quàm injustæ illius denegationis, & inde quid sinistri opinantium.

QUÆSTIO III.

Succedit jam tertia Quæstio: *An videlicet Domini Capitulares, qui tempore ordinati processus præsentes fuêre, & processum direxêre, tàm in instituto isto processu Sagarum,* **bey dem Hexen-Proceß**/ *Ius Commune, Canonicum & Civile, ac S. Imperi Romani Constitutiones, maximè verò Caroli V. Imperator. criminales ordinationes, præ oculis habuerint, & ex earum præscripto egerint, ita ut Deo & Cæsari, Suaq; Majestatis supremo Iudicio Camerali exactam rationem de eo agere possint?*

ET quidem ita asserunt Domini Judices N. N. in Apologia quadam typis divulgata, in Anno 1618. §. **Nun bezeugen es aber die** Acta, quæ inducunt notorium,

notorium, daß Wir (intellige Dominos Judices) so wol gegen die Justificirte Margrethen N. als die andere / zu dero Zeit mit verstrickte Weiber / mit behutsamer Sorgfältig: vnnd Bedachtsambkeit verfahren / vnnd der Peinlichen Halßgerichts-Ordnung steiff vnd feste nachgangen / ꝛc. Quod ipsum passim in dicta Apologia repetitur, quòd videlicet jura communia, & maximè dictas criminales ordinationes Caroli exactè observârint. Cui etiam accedit Juris
328 præsumptio, † quæ pro Judice & Magistratu militat, quod justè, ritè & rectè processerit, & officio suo functus sit, *l. 2. C. de offic. Civ. Iud.* Bald. *in l. jubemus, §. sanè,*
329 *C. de SS. Eccles.* Alciat. *de præsumpt. reg. 9. præsumpt. nu. 1.* Etiamsi Judex † ipse certo quodam modo sustinere videatur personam partis, ut quando inquirit de delicto, per tradita, Bald. *in l. unic. C. ne quis in sua causa judic.* Menoch. *2. præsumpt. 67. num. 7.* Et præter hæc adducunt Domini N.N. *text. in l. filius, 15. ff. de condit. instit.* Ubi JCtus Papinianus, quæ facta inquit, lædunt pietatem, existimationem & verecundiam nostram, & generaliter, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse, credendum est. Ideoque tantò minùs Dominos N. N. tanquam loci Magistratum ordinarium actum jurisdictionalem exercentem, contra leges & bonos mores quicquam fecisse præsumendum erit. Præsumptionum
330 autem † juris ille est effectus, ut non solùm transferant onus probandi in adversarium, sed etiam ut contrarium probare volens duriore gravetur probatione, *gloss. &* Dd. *in l. transactione, C. de transact.* Aym. Cravetta, *consil. 75. n. 12.* Johan. Petr. Surd *consil. 151. n. 25.*

Secundò adducitur factum in *d. Apologia*, quod Reverendum Collegiũ N. hactenus Jus & Justitiam laudabiliter, uti par est, & decet tale Collegium Nobile, administrarit. Ideoque & in hoc casu idem fecisse præsumendum esse:
331 Cum † de præterito præsumatur in præsens, *arg. l. sive possidetis, C. de prob.* Sichard. *ad l. 4. n. 2. C. de restit. min. cum similibus,* Cardin. Tusch. *PP. conclus. 623. lit. L.*

Tertiò, hisce accedit, quòd tantò minùs præsumendum sit, Dominos Capitulares voluisse hoc suo processu Dominam viduam ejusque filiam gravare, tum quia maritus ejus & respectivè pater, prædefunctus ejusdem ordinis & in-
332 super Decanus & Caput fuit Collegii, † cujus favore & privilegiis coruscavit meritò relicta vidua & filia, *l. fœminæ, & seqq. ff. de Senator. l. mulieres, C. de dignit.*

333 Nemo autem præsumitur † persecutor sui ordinis, cum ordinata charitas incipiat à se ipsa, & lupus dicitur proprias carnes lambere, alienas mordere, per doctrinam, Bald. *ad l. 7. C. de servit. gloss. in c. inter, de sponsal.* maximè cum & generis ratione idem favor præsumendus sit. Æqualitas namque & similitudo
334 tàm ordinis, † quàm generis, benevolentiæ mater & favoris est conciliatrix, per ea quæ habet Erasm. *in adag. Chilid. 1. cent. 2. adag. 20.* Unde & illud Theo-
335 cryti † Formicæ grata est formica, cicada cicadæ, Accipiter, placet accipitri, &
336 dicunt nostri: † Es muß ein harter Winter sein / das der eine Fuchs den andern fresse.

Quartò

Quartò adducitur, quòd † querulantes contra processum antea factum, 337
teneantur justificare suas querelas ex antiquis, non ex novis actis & probationibus, per tradita Grammat. *consil. crimin. 54. n. 16.* Atqui Domini consulentes, querelas suas magna ex parte deducunt ex novis, & postea emergentibus actis: Ideoq; non videntur esse audiendi.

Quintò Adducunt Domini N. N. in sua Apologia, quòd in hoc processu nihil temerè aut inconsideratè egerint, & non solùm præcellentem illius loci Medicum, sed & ministerium desuper consuluerint, an istam puellam pro obsessa vel Melancholica haberent, & an confessioni ejus de pacto cum Diabolo inito fidendum? Hos respondisse, uti ex subjecto sub *tit. ff.* signato documento apparet. Nihil itaq; † potest imputari his, qui peritiores consuluerunt. Præ- 338
terea asserunt Domini N. N. quòd à nemine audiverint, ipsius puellæ matrem & avunculum tàm gravi melancholia fuisse affectos, ut necesse fuerit eos custodire, ne sibi ipsis violentas manus inferrent. Facti autem alieni † ignorantia 339
tolerabilis & justa esse potest, cum ejus interpretatio etiam prudentissimos quosque plerumque fallat, *text. in l. 2. in fin. ff. de jur. & fact. ignor.* Tiber. Decian. *Respons. 14. n. 75. vol. 3.* Et in dubiis facti † etiam summum principem errare posse, 340
text. est in cap. 1. de constit. in 6.

Indeq; † de facti quæstionibus interrogati, nec JCti, nec Magistratus, 341
nec Princeps olim respondebat, *l. sicà. 20. §. fin. de instit. vel. instrum. legat. l. non statim, in pr. ff. ad L. Fab. de plag. l. cum quem, 79. § 1. de Iudic. text. 1. de constit. in 6.*

Sextò, Apparet ex actis Dominos N. N. insuper Facultatem Juridicam
inclytæ † Academiæ Helmstadianæ consuluisse, & ab ea petiisse, ut communi- 342
cato cum Theologis & Medicis consilio, quid juris, in illa facti specie responderent, qua in re Carolin. Constitutiones id ipsum jubentes adprimè observarunt. Idque non semel, sed iteratò, per ea quæ deducuntur *in dict. Apologia, pag. 14. & seqq.*

Septimò facit, † quod in crimine Veneficii ordinarius processus non usq; 343
adeò necessarius sit, *per ea quæ tradit* Joh. Bodin. *in tr. de Mag. Dæmonoman. lib. 4. c. 3.*

Octavò, non multum in hac facti specie de ordine processus † laboran- 344
dum, cum puella ista, ultrò & sponte de proprio aliorumq; delictis confessa est, cum vel sola confessio ad condemnandum sufficit, & in confessum nullæ sunt aliæ judicis partes, quam condemnare, *l. 1. l. 3. l. 4. l. 5. & l. 6. & quæ ibi not.* Dd. *ff. de confession. l. proinde, §. notandum, ff. ad L. Aquil.* Geil. *1. de pact. publ. c. 15. n. 8.* Hinc Poëta:

Non est confessi causa tuenda rei.

Nonò facit, quod † confessio rei purget omne vitium processus, ita ut non 345
respecta Nullitate, possit reus condemnari super contentis in libello, *per tradita* Bart. *in l. si confessus, ff. de custod. reorum*, Bald. *in l. 1. in pr. & l. properandum, Cod. de Iudic.* Et ita à Cameralibus Judicibus aliquoties servatum *testatur* Mynsing. *observ. 77. cent. 5.* Prosper. Farinac. *1. consil. 8. n. 7. in fin. ubi dicit.* Data † propria rei confessione 346

 frustrà

fruſtra diſputari de validitate proceſſus, Cacheran. *deciſ.* 109. *ſub n.* 13. *ubi, quod tali*
347 *caſu nec juris nec mundi curetur ordo.* Eſtq; ratio: Quia ideò judicii † ordinarii vigor inventus eſt, ut eò meliùs & certiùs perveniri poſſit ad veritatem, *arg. l. Iudices*
348 *ubi*, Sichard. & Dd. *Cod. de Iudic.* Atqui per † confeſſionem rei habetur veritas, *l. Publia. § fin. ff. l. fin. C. arbitr. tut.* Hartman. Hart. *practic. forenſ. lib.* 2. *tit.* 11. *obſ. un. n.* 4.
349 Sigiſmund. Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 48. † Præſente autem fine ceſſant media
350 ad finem ducentia, ut eſt Logicorum canon. Præterea confeſſio † rem facit notoriam, *text. in c. veſtra. & in c. ſua, & in c. fin. extr. de coch. Cleric.* Bald. *in l. à procedente, C. de dilat.* Matth. de Afflict. *deciſ.* 178. *n.* 3. Menoch. *in* 1. *reſponſ. cauſ. Finar. n.* 139. Et
351 confeſſatum † delictum notorium eſſe, *poſt* Grammat. *deciſ.* 13. *nu.* 8. *& deciſ.* 36.
352 *num.* 30. *& alios à ſe allegatos. ſcribit* Proſper. Farinac. *q.* 21. *n.* 31. Atqui in † notoriis relaxatur ordo juris, *cap. pervenitur, extr. de teſtibus, cap. conſului de appellat. c. manifeſta,* 2. *q.* 1. Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.* 186. *in fin.* Dec. *conſil.* 506. *n.* 4. Johan. Meichſner. *deciſ. Camer.* 13. *n.* 55. *Tom.* 3. Proſp. Farinac. *conſil. crimin.* 85. *nu.* 115. *lib.* 1.

353 *Decimò* accedit, † quod licèt aliâs in criminalibus ſola rei confeſſio non ſufficiat, niſi conſtet de corpore delicti, *per text. in l.* 1. §. Divus Severus, *& §. ſi quis ultrò, ff. de quæſtion. cum ſimilibus:* attamen in Sortilegii materia ſufficere confeſſionem Lamiarum aſſerentium ſe proceſſiſſe ad ludos, ad ipſas condemnandum, etiamſi non conſtet de corpore delicti, *per tradit.* Proſper. Farinac. *in pract. Crim. q.* 2. *n.* 26. Quinimò in hac facti ſpecie, quantum confeſſionem de Domina vidua factam attinet, conſtitit etiam de corpore delicti, videlicet cochlear illud aureum Reverendiſſ. Sorori ſurreptum fuiſſe, quod in prædicta Apologia hiſce verbis exprimitur: **So iſt auch der Güldene Löffel/ zur Zeit Verübten Proceß hinweg geweſen/vnnd damahls niemand wiſſen/viel weniger Wir** (Dnn. Judices) **nachfragen können/wohin derſelbe gekommen/ꝛc.**

354 *Vndecimò*, cum ex hiſce, quæ deducta ſunt, appareat Dominos N. N. † Legaliter & ſervato Juris ordine, maximè autem *Conſtitutionibus Criminal. Caroli V.* proceſſiſſe, nihil iis imputandum eſſe videtur, ſi occaſione illius proceſſus ad Reipubl. utilitatem inſtituti, aliquid ſiniſtri contra Dominam viduam ejusque filiam emerſerit, *per. text, in l. Quod reipub.* 33. *ff. de injur. ubi* J Ctus Paulus *reſpondit:*
355 Quod † Reipublicæ venerandæ cauſa ſecundùm bonos mores ſit, etiamſi ad contumeliam alicujus pertinet: quia tamen non ea mente Magiſtratus facit, ut injuriam, ſed ad vindictam Majeſtatis publicæ reſpiciat, actione injuriarum non teneatur, *Cui congruit reſponſ.* Ulpian. *in l.* 13. §. 1. *ff. eod. ubi dicit:* Is qui jure publico utitur, non videtur injuriæ faciendæ causâ hoc facere. Juris enim executio non habet injuriam.

Duodecimò facit, quòd licèt Dnn. N. N. vigore receſſus Diœceſani cum Reverendiſſimo Epiſcopo initi, jure potuerint omnes iſtius puellæ confeſſiones & aſſertiones, omnium nominatarum ab illa perſonarum nominibus expreſſis, ſine cujuſquam juſto gravamine, ad publicandum præfecto Judicii criminalis tradere,

tradere, id tamen in honorem Dominæ viduæ non fecerint, & humanitem juri stricto prætulerint, per ea quæ deducuntur *in prædicta Apolog. pag. 19. & seqq.*

Notum autem est, † statutum patriæ & stylum curiæ pro lege servan- 356.
dum esse, *text. in recess. Imper. de Anno 1570. §.* **Wiewol auch in allen wolgeordneten Gerichten nicht weniger nach eines jeden löblich herbrachten** stylo, &c. *junct. §. seq. ibi:* **denselben so wohl** in decernendis processibus, **als** decisionibus causarum **zu folgen** *l. ult. in fin. C. de injur. l. generaliter, C. de reb. cred.* Geil. 1. *obs.* 1. *nu.* 1. Matth. de Afflict. *decis.* 79. *n.* 4. Estq; † stylus curiæ nihil aliud, quàm lex & legis 357
imperium, *per ea quæ tradit* Ernest. Cothman. *consil.* 4. *num.* 396. *vol.* 5 *per l. sed ea, ff de legib. l. semper. in stipulat. ff. de reg. jur l.* 2. *C. quemadmodum testam. aper.* Jac. Cujac. *in cap. pen. extr. de confirm util. & inutil.* Non solùm † in civilibus, sed etiam criminali- 358
bus, Prosper. Farinac. 1. *consil.* 85. *n.* 108. Menoch 2. *præsumpt.* 8. *n.* 14. *& seq.* Quod autem lege permittente fit, culpa caret, *l. legis virtus, cum similib. ff. de legibus.* Quod itaque puella ista in Judicio, Dominæ viduæ suppressa nomina exclamârit † id 359
præter intentionem Dominorum N. N. accidit, ideoque id fato potiùs, quàm noxæ eorum imputandum erit, *arg. l.* 52. §. 3. *ff. pro soc. l.* 1. *C. ad L. Cornel. de Sicar.*

Hisce *Decimotertiò & ultimò* accedit Responsum † Facultatis Juridicæ 360
Wittenbergensis, eò tendens, processum istum, contra puellam sæpè memoratam, aliasq; ab ea nominatas fœminas ritè institutum. Et propterea personarum nomina suppressa in Judicio expresserit, injuriarum conveniri Dominos N. N. non posse, ut apparet *ex eod. resp. sub lit. I.*

Veruntamen, quamvis hæc & alia ejus generis, pro justificando isto processu, subtiliter & speciosè excogitata, & in medium producta, decisionem hujus quæstionis satis implicent, ac dubiam primâ fronte reddere possint: Omnibus tamen & singulis penitiùs inspectis, & ad veritatis amussim in præsenti facti specie redactis, processum istum contrà sæpe memoratam puellam, & alias ab eadem nominatas personas, institutum maximè autem, quoad Dominam viduam ejusque filiam per inconsultam publicationem falsarum suggestionum & delationum, contra jus fasq;, ejus occasione diffamatas, non uno nullitatis vitio laborare, & quantum ex actis nobis transmissis apparet, contra Jus Divinum, naturale & commune & criminales constitutiones Caroli V. impingere, certissimum est. Cum autem ipsi Domini N. N. qui Apologiam memoratam typis divulgari fecerunt, ad Jus commune, & maximè constitutiones Criminales, **die P. H. O.** provocent, illudq;, & has ad unguem à se observatas asserant, de difformitatione ejusdem meliùs nõ apparebit, quàm si acta nobis transmissa cum jure communi, & maximè constitutionibus criminalibus contulerimus.

Pro majori hujus quæstionis decidendæ evidentia præmittendum, Dominos Consulentes processum istum, contra modò dictam puellam Margaretham N. aliasque ab ea nominatas fœminas, quarum 4. in carcere habitâ quæstione, mortuæ repertæ sunt, principaliter non impugnare, sed isthæc omnia

ipsorum Directorum hujus processus conscientiæ relinquere: Interim tamen cum ipsorum respectivè mater & soror, propter nullitates & neglectum in isto processu juris ordinem, falsissimè diffamatæ, & contra divina, naturalia, gentium & civilia jura, ipsasque Carolinas constitutiones, præter omnem culpam suam gravatæ sunt, incidenter de isto processu in genere, principaliter autē & in specie, quatenus Dominam viduam ejusq; filiam concernit, despiciendum erit.

Et quidem I. Percurrendo processum in genere, contra puellam no-
361 minatam, † certum est etiam in criminalibus, sive ad instantiam alicujus per viam accusationis, sive ex officio per viam inquisitionis procedatur, formandum esse contra reum libellum criminalem, eique intimandum cum termino comparendi & respondendi *per ea quæ tradit* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. § fin. num. 2. & quæst 31. u. 8.* Robert. Marant. *in spec. Iudic. part. 6. rubric. Et pervenitur aliquando per viam inquisit. n. 35.* Ernest. Cothman. *consil 12. n. 26. vol. 1.*

362 Solet enim Judex, † quando ex officio procedit, primò reum extrajudicialiter examinare, & deinde, quæ ex ipsius depositionibus & instituto processu informativo aliunde rescisscere potest per Fiscalem in libellum criminalem re-
363 ducere, eumq; reo cum termino respondendi tradere. Et debet talis † libellus inquisitorius, æquè ut ille, qui ab accusatore exhibetur, continere locum, tempus, diem, aliasque commissi delicti circumstantias, ut reus inde suas formare possit defensiones, Bat. *in l. 1. §. editiones, ff. de edend. & in l. libellorum. ff. de accusat.* Abb. *in cap. accepimus, 16. col. fin. de purgat. canon.* Marant. *d. suprà loco, n. 37. addens,*
364 Quod † in inquisitione requirantur omnes solennitates, quæ requiruntur in accusatione Farinac. 1. *consil. 86. n. 5 & 58.* Ernest. Cothmann. *d. consil. 12. num. 32. & seqq. junct. n. 47. & 48.*

365 Hic itaq; est legalis † & juridicus procedendi modus, *cui respondet constitutio crimin. ilis* Caroli V. *sub. rubr.* **Von fürsprechen/** *art.* 88. §. **Item in dem nechts nachgesetzten Articul der Klag/ ꝛc.** *ibi:* **vnd ist nemblich zu mercken/ so die Klage von Ampts wegen beschehen/** (uti in præsenti facti specie factum,) **das allwege in einer jeden solchen Klage zu samt den Nahmen des Anklägers/** (videlicet ex officio, qui passim Fiscalis appellatur,) **soll also gesetzt werden: Klag von der Oberkeit vnd Ampts wegen.** Ex qua constitutione satis apparet, in omni processu criminali libellum in scriptis faciendum & exhibendum esse: Jam verò ex Actis nobis transmissis constat, in processu nostro, nullum interveniisse libellum accusatorium, sed puellam istam tantùm extrajudicialiter & in processu informativo examinatam, confessiones ejus in tali informatione factas transmissas ad sententiam concipiendam, eaq; concepta, puellam istam minorennem non accusatam, neque à quopiam defensam, in Judicium criminale vocatam, confessiones prælectas, & iis ratificatis, statim sentētiam condemnatoriam in eam publicatam, & non obstante, quod dilationem ad inferendas defensiones petierit unâ cum patre, executioni mandatam. Et hæc est prima nullitas, quæ impingit in ipsam ordinationem criminalem.

Secundò,

Secundò, Vigore Constitutionis Criminalis CAROLI V. Reus † publicè 366
in judicio criminali accusandus, uti apparet *ex artic. Constit. Crimin.* 89. *& passim.* Sed ex actis nobis transmissis constat, puellam nostram nunquam fuisse criminaliter in judicio accusatam.

Tertiò, accusatione † sive à parte sive à Fiscalis Procuratore propositâ, 367
fieri solet litis contestatio, quæ est lapis angularis judicii, Bald. *in c.* 1. *de lit. contest.* Jason. *Rubr. nu.* 2. *C. de in jus voc.* Adeoque † etiam in Criminalibus nullo modo 368
omitti potest, *l. adultera verb. Crimin. contra eam inchoatum C. ad l. Iul. de adult. l. inter, ibi: cognitione susceptâ de publ. jud. Concordat Constitut. Crimin.* Caroli V. *artic.* 90. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 45. *n.* 2. Ubi proponit, quatenus per responsionem rei ad accusationem inquisitionem judicis lis contestata censeatur.

Quartò, † præmissâ plerumque litis contestatione & prælectâ sibi accu- 369
satione reus in judicio criminali ad singulos articulos respondere debet, uti pariter ex Constit. criminalib. Carolini & notissimo judiciorum more compertum est. Et hæ ipsę responsiones ad libellum criminalē aliquando implicant litis contestationem, *per tradita* Clar. *alleg. modò loc.* Sed & de his nihil ex actis apparet. Quamvis enim puella examinata sit ad denunciationem patris & novercæ, tamen hæc omnia facta sunt sine strepitu judicii & in processu informativo.

Quintò, ne reus simplicitate vel alia inconsultâ facilitate defensiones † suas 370
negligat, & per imprudentiam labatur, liberum est ei petere, ut sibi adjungatur defensor, vel informator, qui in Constitutionibus Carolinis **Ein Fürsprech oder Redener** vocatur, *art.* 88. Et si reus hoc sibi jus competere ignoret, Judex criminalis de eo reum informare & monere debet, *arg. artic. Criminal.* 47. *Iunct. artic.* 83. *ibi:* **Dieser vnser Ordnung Vnterrichtung geben / sich darnach wissen zuhaltē/ Also/ darmit sie durch Vnwissenheit nicht verkürtzt oder gefahrt werdē.** Et si rei non petant sibi dari defensorem vel advocatum, Judices justi ex officio eis dare solent, ut ex Blanc. *in Pract. crimin. fol.* 39. *nu.* 102. *meminit.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 49. *sub n.* 4. Ernest. Cothman. *consil.* 29. *n.* 183. *vol.* 1. Et quod † in processu 371
Sagarum id observandum est, monent Jacob. Sprenger. *&* Henric. Institor *Rigidissimi alias censores Sagarum in Malleo malefic. part.* 3. *q.* 10. Ubi dicunt, † primam 372
partem defensionis reorum consistere in hoc, ut iis deputetur Advocatus, *faciunt tradita* Tiber. Decian. *tract. Crimin. lib.* 5. *cap.* 37. *n.* 37. *&* 51. Francisc. Ponzin. *de Lam. n.* 78. Atque ita † in tota Hassia & aliis Germaniæ locis reis criminosis 373
etiam non petentibus ex officio adjungi solet defensor. Patet autem ex actis puellam nostram à patre & noverca delatam, nullo planè defensore vel informatore instructam condemnatam fuisse.

Sextò, accedit quod puella istâ fuerit minorennis, videlicet 17. annorum. Atqui juris est aperti, † contra minorem sine curatore dato inquiri non posse 374
l. clarum, & ibi gl. Cyn. Alberic. Bald. & Salicet. *C. de auctor. præstand.* Et post eos ita consideratum & votatum in Rota Romano *testatur* Prosper. Farinac. *Decis.*

Rot.61.n.28.lib.2. Berthazol. *consil.Crimin.380.n.3.* Ubi dicit, minorem non posse
375 condemnari non dato curatore, & non servatis servandis. Siquidem † minor
tàm in Criminalibus quàm Civilibus non habet legitimam personam standi in
Judicio, *d.l.clarum cum similib. & hoc ita præclarè firmat* Rol.à Valle *consil.31.n.8.vol.1.*
Et dicit hanc esse communem opinionem, Boss. *in tit.si adverss.rem Iudic. num.* 22.
376 Adeò ut † processus criminalis contra minorem agitatus non dato ei curatore
ad litem nullus sit. *per tradita* Tiber.Decian. *in tract.Crimin.lib.5.cap.37.n.56.in fin.*
Cornel. *consil.*198.*n.*4. Menoch.2. *arbitrar.caſ* 268.*n.*2.

377 Ideoque an reus inquisitus, † minor vel major sit, tanquam quid præju-
diciale, ante omnia summaria cognitione debet prius terminari *per l. si putas*, C.
de petit. heredit. & l. quoniam, Alexandrum C. *de adulter.* Bald. *consil.* 310. *col.* 1. *vers.*
378 *tertio casu &c. quem ad hoc allegat. & sequitur* Menoch. *d.caſ.*268 *nu.*10. Indeque †
confessionem minoris spontaneam in judicio criminali sine curatore factam
eidem non nocere *tenet* Cyn. *in d.l.clarum,* C. *de auctor. præstand.* Bart. *ad l. fin.* §. *pu-*
pillus.ff.de verb.obligat. Alberic. de Rosat. *ad d.l.clarum*, dicens, se sæpe impugnasse
confessiones minorum etiam in tormentis factas & obtinuisse. *per d.l.clarum, &c.*
ita etiam in terminis decidit Angel. *in tract. Malefic. in verb. comparuerunt inquisiti. vers. ne*
non si cautus, &c. Quem ad hoc allegat Rol.à Vall. *consil* 31. *vol.*1. *n.u* 8. & hæc ejus
refert verba formalia: Bene sis cautus tu Judex, quando habes minorem 25. an-
nis in fortiam tuam, pro aliquo delicto, quod nunquam ejus responsionem re-
cipias, nisi eidem dato & processus curatore per te Judicem. Et ita secundùm
hanc doctrinam in supremo judicio Neapolitano per totum consilium fuisse
votatum & concluſum, *testatur* Matth de Afflict. *Dec.isſ.* 708. *& facit text. in l.* 6
379 §.5. *de confess.* Et quamvis † Clar. *in* §. *fin. quæst.*50.*n.*2. in quibusdam locis aliud de
facto & quidem malè observari, de jure tamen, præcedentem sententiam esse
380 verissimam testatur, tamen cum ista consuetudo † sit exorbitans à jure com-
muni & consequenter odiosa de loco ad locum, contra jura apertissima &
æquissima non est extendend i. Felin. *in cap. auditis, col.*6 *de præscript.* Jas. *ad l. de qui-*
*bus, n.*12. *ff. de legib.* Paul Paris. *consil* 25. *nu.*26. *vol.*1. Robet. Marant. *Disput.*9. *nu.*31.
381 Quinimò Dd. † attestantibus de consuetudine parum creditur. Jason *ad d. l. de*
*quibus, n.*89. Mynsing. *6. obs.*68. Ludolph Schrader. *tract. Feud. part.*1. *quæst.*1. *nu.*5.
Et hanc esse communem opinionem, *post.* Curt. *& alios testatur* Coler. *de Proceſſ.*
*executiv. part.*3. *cap.*11. *n.*72. Berthazol. *consil.*432. *nu.*2. *ubi pariter dicit*, communem
hanc esse sententiam. Et communiorem dicit Mynsing. *alleg. supra loc.* & magis
communiter approbatam. *scribit* Vincent. Honded. *consil* 110, *num.*19. *lib.*1. Et in
382 Rot. Roman. *ita fuisse decisum testatur* Bursat. *consil.*16. *nu* 37. *lib.*1. Estque ratio, †
tum quia consuetudo est varia & modo alba modo nigra: Hostiens. *in Summ.*
*de consuetud Roman. sing.*369. Paul. Paris. *consil.*31. *n.*14. *&* 15. *vol.*1.

383 Tum † etiam quia consuetudo facti est. *c.*1. *de constitut. in* 6. *l.*1. C. *quæ sit long.*
consuet. Quæ autem facti sunt, prudentissimos quosque fallere possunt. *l.*2. *ff. d.*
lur. &

iur. & facti ignor. Nam facti quæstio incerta est & plena circumstantiarum, *uti notat.* Dionys. Gothofred. *ad l. idem erit ff. de stat. hom.* Indeque † multi aliquando 384
credunt consuetudinem & aberrant, *inquit* Cyn. *ad l. 2. C quæ sit long. consuet quem allegat* Meichsner. *Decis. Camer. 14. n. 43. Tom. 3.* Et in ea † asserenda JCtos quan- 385
tumvis exercitatissimos facilè decipi, *post* Bartholom. Socin. *consil. 97. num. 3.* Carol. Ruin. *consil. 86. n. 10. vol. 4. ita respondit* Ernest. Cothman. *Respons. 1. n. 449. vol. 5. addens ibidem doctrinam*, Quod Judex religiosè † sapiens ad unius vel alte- 386
rius JCti testimonium de consuetudine sine magno & pernicioso justitiæ periculo pronunciare non possit. Idque vel maximè procedit, si Judex imprudens unius vel plurium Dd. qui extra istam provinciam & forum vixerunt de consuetudine illius fori in quo vixerunt attestantes, statim ad suum forum, cujus illi planè fuerunt ignari applicare vellet, *per ea quæ tradit* Joh. Dilect. Duran. *de Art. testand. in tit. de subst. cautel. caut. 35. n. 3.* Bursat. *consil. 43. nu. 54. lib. 1.* Vinc. Honded. *d. consil. 110. n. 20.* Addens, † respectu loci in quo Doctor non fuit versatus, 387
ejus attestatio nullam præsumptionem nedum probationem facere: maximè si testetur de consuetudine juri adversa, *per ea quæ consulendo tradit* Johan. Gœd. *consil. Marp. 32. n. 187. 188. vol. 3.*

Neque putamus probari posse in Diœcesi N. talem contra jus apertum vigere consuetudinem, neque etiam de ea hîc curandum, cum Dnn. N. N. in sua Apologia passim prætendunt, processum istum secundùm tenorem juris communis Cæsarei, **Nach verordnung der Rechte/Reichs** Constitutionen **vnd P. H. O. &c.** institutum & absolutum, & tamen salvo eorum honore, in hoc etiam puncto neglectum esse ipsa loquuntur acta & protocolla, collata cum jure communi.

Septimò Juris ratio & æquitatis suadet benignitas ut † reo etiam de delicto 388
convicto & sponte confesso antequam condemnetur detur terminus formandi suas, si quas habere potest, defensiones, contra probationes & proprias confessiones, cur scilicet ex iis non debeat condemnari, *arg. l. desertionem, 3. ff. de re milit. & per illum text. ita concludit* Prosper. Farinac. *in Practic. crimin. quæst. 39. num. 3. adducens* Salicet. *in l. 2. post. num. 7. C. de custod. reorum, dicentem*, Quod † reus sponte 389
confessus carceribus mancipetur, assignato sibi termino ad allegandum, quare ex confessione sua ita cõdemnari non debeat, ubi asserit hanc esse totius mundi Practicam. Et hanc esse certam juris conclusionem, *testatur* Jul. Clar. *lib. 5. Sent. §. fin. quæst. 49. n. 13. addens ex* Marian. *in cap. qualiter & quando num. 232. de accusat. ita servari ex communi observantia & quæst. 55. n. 9. & seqq.* Grammatic. *consil. 69. n. 1. in fin. & seqq.* Gomez. *de Delict. cap. 13. nu. 3.* Etiam † in gravissimis criminibus ut læsæ 390
Majestatis divinæ & humanæ Gig. *de Crimin. læs. Majest. lib. 1. tit. qualiter in crim. læs. Majest. proced.* Decian. *in tract. Crimin. lib. 7. c. 42. n. 11.* Cacher. *Decis. Pedemond. 79. num. 12. & seqq.* Boss. *in tit. de Heretic. nu. 9.* Roland. à Vall. *consil. 12. num. 61. vol. 3.* Paul. Paris. *consil. 2. nu. 159. & seqq. lib. 4.* Et iste † terminus defensionis reo dan- 391
dus,

dus, etiamsi ab eo non petatur, Clar. *d.quæst.49. num.13.in fin.& dicit communem* Bossi. *in tit.de Conf.ff. nu.10.* Foller. *in Practic. crimin. in verb. & si confitebuntur part.1. & part.3.n.64. quem & alios ad hoc allegat & sequitur* Prosp.Farinac. *d quæst.39. n.35.*
392 *ubi ex* Angel. *dicit*, Practicam † esse omnium Criminalistarum, quod terminus
393 prædictus reo confesso detur, sive petatur sive non. Estque ratio: quia † reus contra propriam confessionem multa allegare potest, errorem videlicet, ætatem, furorem, &c. cum similibus, ex quibus suadentibus ita facti circumstantiis, vel à pœna absolvendus, vel etiam mitius puniendus veniret, Grammat. *cons.16. & Consil.69. num.1. in fin.* Clar. *§. fin. quæst.55. & quæst.65. in princ. & ita multorum auctoritate consuluit* Prosp. Farin. *1.consil.16.n.15.&16. ubi dicit*, Spontè confessum revocare posse confessionem contrarium probando: quia ad probandam innocentiam defensiones semper admittuntur, ne fortè contingat innocentem damnari, *per allegat. ibi. & Consil.* 103. *n.2. & seqq.* Jam verò ex actis transmissis non apparet, ullum puellæ nostræ terminum datum, deducendi suas defensiones; sed prælectis in judicio confessionibus extrajudicialibus, & in primo actu judiciali publico, statim publicatam fuisse sententiam capitalem, ac non obstante, quod tàm ipsa, quàm pater ejusdem delator terminum & dilationem communem **Sächsische Frist** petierint, executionem maturatam & perfectam fuisse. Quod ipsum vel sanioribus gentilibus satis inhumanum visum fuisse, at-
394 testatur † Festus, qui Judæis, damnationem Pauli subitam urgentibus, respondit: non esse Romanis consuetudinem reum condemnare, antequam ei detur termiuus defendendi & abluendi crimina. Actor. *cap.25.v.16.*

Certum autem est, si puellæ datus fuisset terminus, eam, adhibito prudentum consilio, multa contra confessiones istas deducere potuisse, videlicet
395 quod fuerint erroneæ, † adeoque revocabiles, *per tradita* Surd. *consil.311. nu.72.* Matth.de Afflict. *Decis.44.n.2.3.* Farinac. *1.consil.13.n.10.* Clar. *§.fin.d.q.55.in fin.* (prout emergens postea veritas rei & evidentia in multis id demonstravit, ideoque facilè iste error data defensione, probari potuisset) veluti ad sugge-
396 stionem † effusæ, Scacc. *de Iudic.lib.1.cap.86.n.7.* Joh. Godelm. *de Mag & Venefic.*
397 *lib.3.c.9.n.16.* Ætatis † & sexus inconsulta facilitate præcipitatæ: Matth. de Affl.
398 *Decis.*208. Roland. à Vall. *consil.31.n.8 tit.1.* Sine curatore † & defensore factæ,
399 *l.clarum, & ibi. glos.* Bald. & alii C. *de Authorit.præstand.* Quod † Diabolus per eam tanquàm obsessam multa fuerit sæpe locutus, Tiber. Decian. *tract. Crimin. lib.5.*
400 *cap.37.n.57.ibi: Etsi Dæmonibus vexetur, quia similis talis censetur furioso.* Item † quod confessiones istæ essent variæ, contrariæ, adeoque incertæ, non concludentes, quæ non nocent, *l.qui falsa vel varia, ff. de testib. l. testium, §.1. ff. eod.* Farinac. *consil.19. num.15. cum similibus.* Et hæc sanè Nullitas ex parte Dominorum Judicum planè
401 videtur insanabilis: Quia talis terminus defensionis, non posset denegari † à Judice, habente quodcunque liberum & absolutum arbitrium, *glos. in clement. pastoralis, § pen. in verb. licuerit, de re Iud.* Marsil. *in Practic. Crim. in §. constante, num.26.*

Menoch.

Menoch. *l. arbitr. 77. nu. 1. & seqq. quos ad hoc allegat & sequitur* Farinac. *d. consil. 103. n. 4. 6. 7.* Adeò † ut ne quidem aliud statuti vel consuetudinis alicujus prætextu 402
defendi posset: Cum nec per summum Principem contrarium induci queat, *per tradita* Farinac. *consil. 16. n. 18.* Matth. de Afflict. *Decis. 39.* Imò cum iste terminus † præparandæ defensionis jure nitatur divino, de consuetudine vel stylo 403
aliud induci non posset Rot. Roman. *de Consued. decis. 6. num. 3. in antiqu.* Bursat. *consil. 201. n. 70. vers. quod procedit. lib. 2.*

Octavò evidens emergit nullitas circa modum interrogandi & examinandi. Constat enim ex Protocollo & actis, puellam istam ad nudam Patris & novercæ delationem, de Domina vidua, ejusque filia non solum in Individuo, nullâ tamen præcedente diffamatione & indiciis, sed etiam de omnibus circumstantiis, in delationis capitulis expressis, interrogatam, † quod jure com- 404
muni & Carolinis constitutionibus expressè reperitur prohibitum, *l. 1. §. qui quæstionem, ff. de quæst. Constit. Crimin.* Caroli V. *tit.* **Keinem gefangenen die Vmbstände der Missethat vorzuhalten; Sondern jhn die gantze von sich selbst sagen zulassen** &c. *Iunct. art. seq. 56. ibi.* **Wann den Gefangenen in annehmen oder fragen/ dieselbe Vmbstände der Missethat vorgesagt/ vnd darauff gefraget werden:** *Iunct. art. 31 faciunt tradita* Sccac. *de Iudic. lib. 1. cap. 86. n. 7. 8. ubi dicit,* Talem † inter- 405
rogandi modum esse lenonem suggestionis, ideoque monet, ut ab eo omnes Judices abstineant. Et hic repetenda, quæ deduximus *suprâ in Resolut. 2. quæstion. sub 7. decidendi ratione post. n. 247.* Et ex hac interrogandi Nullitate evidenti orta fuit Dominæ viduæ ejusque filiæ diffamatio, quam judex prudens examinando secundum juris ordinem præcavere potuisset & debuisset.

Nonò Constitutiones Criminales Caroli V. non solum præmissum jam procedendi ordinem, ut videlicet reus porrecto libello excusetur, lis contestetur, à reo respondeatur, eique terminus præparandæ defensionis concedatur, comprobant; sed etiam expressè sanciunt, † quod agitato hinc inde processu 406
ad sententiam judicialiter submittatur & concludatur, *art. 92. sub rubr.* **Wie die Richter vnd Schöpffen/ oder Vrtheyler nach beyder Theyl/ vnd allem Fürbringen/ auch endlichen Beschluß die Vrtheyl fassen** &c. Et hanc † practicam con- 407
cludendi in causa criminali per totam ferè Germaniam observari, *testatur* Ludovic. Gilhaus. *in tract. Crimin. cap. 5. nam. 6. n. 2.* Et quamvis conclusio in causis civilibus non sit de substantia judicii, *per tradita* Marant. *part. 4. distinct.* Johan. Meichsner. *Decis. camer. 6. n. 80.* Tamen, † quia Carolina constitutio illam ex- 408
pressè in criminalibus exigit, omitti sine Nullitate non potest. Et quod in Camera nulla ne quidem interlocutoria publicetur sententia, nisi causa concluſa per partes, vel judice acceptante eam pro concluſa, *testantur* Geil. *1. observ. 107. num. 2.* Joachim. Mynsing. *3. observ. 17.* Quamvis ista † concluſio reum non ita 409
constringat, quin defensiones novas post causæ concluſionem formare & producere possit, *ut declarat* Andr. Geil. *d. observ. 107. num. 11.* Marant. *alleg. loc.*

At in præsenti facti specie sicut de legitimo processus initio, vel medio, ita nec de conclusione apparet.

Decimò deveniendo ad ipsam sententiæ definitivæ contra puellam istam publicationem, dubium non est, eam omnibus, quæ jam enumeratæ sunt, Nul-
410 litatibus affectam, † adeoque quæ in publicatione ejusdem principaliter vel in consequentiam facta sunt, eodem morbo laborare, *l.1.§ ult.ibi.quoniam pro nullo hoc habetur, nec ulla est sententia ff.quod quisq; jur.l.4.§.condemnatum.ff.de re jud.l.ult.ibi. nec nomen quidem sententiæ habere meretur, C.de sentent. ex brevic.recitand.* Clement. Pastoralis *sub fin.de re jud.* Fac.*Constit.Crim.* Caroli V. *art.93.rubr.* **Darauff sollen Vrtheyl-Sprecher/** *& in ipso artic.93.ibi.* **Auff alles Gerichtlich einbringen vnd Handlung/** *& art.94.ibi.* **Auff obgemelten beschluß/** &c. Ergò ubi ista non præcesserunt sententiam, quæ ordinatio præcedere vult, illa utique nulla erit.
411 Quando enim sententia † ejusque publicatio exactis justificari non potest, notoriè nulla & injusta censetur, Paul.Paris. *consil.*107. *num.*11. *lib.*4. Gabriel. *consil.*207. *num.*5. *& seqq.* & *Consil.*167. *nu* 60. Berthazol. *consil.Crimin.*79. *num.*2. Afflict. *Decis.Neap.*182. *n.*3. *& seqq.* Farinac.1. *consil.*86. *n.*63. & 2. *Consil.*142. *n.*1.

Vndecimò considerando ipsum tenorem sententiæ, ejusque executionem, illa perpensis diligenter præsentis facti circumstantiis, nimis videtur rigida & in severitate excessiva. Nam I. *Sancitum est in Const.Crimin.* Caroli V. *art.*109.
412 Quod † Sagæ, tunc demum ultimo & quidem ignis supplicio sint afficiendæ, si hominibus per veneficia damna dederunt: *Textus ita habet:* **So jemand den Leuten durch Zauberey / Schaden oder Nachtheyl zufüget / soll man jhm straffen von Leben zum Todt / vnd man soll solche Straff mit dem Fewer thun. Wo aber jemand Zauberey gebraucht / vnd damit niemand Schaden gethan hett / soll er sonst gestrafft werden / nach gelegenheit der Sachen** &c. Ab hac non
413 discrepat jus † commune, quod non simpliciter propterea maleficas seu Sagas ultimo supplicio punit, quod cum Diabolo pactum fecerint, sed quia naturæ humanæ humanoque generi inimici multa damna adferant, *ut in l.1 & in l.nemo aruspicem,5. ibi. quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, &c. & in l.7.*
414 *ibi.humani generis inimici. &c.C.de malefic. & Mathemat.* Ex quibus † constat damnum hominibus datum potius, quam defectionem à cultu Dei ab Impp.consideratum, *Idq; apertiùs ex l. eorum est scientia*, 4. C. *eod. evincitur.* Ideoque certum est jus civile hoc potissimum spectare, an damnum hominibus per sagas datum sit, ad hoc ut ultimo supplicio afficiantur. *Et testatur* Clar. *in* §. *Hæresis sub num.*25. *pœnam mortis hoc casu hodie non esse in usu.* Et faciunt tradita Farinac. *quæst.*20. *n.*71. *& mult.seqq.* ubi distinctè per multas declarationes & limitationes hanc rem explicat. Menoch.2. *Arbitr. cas.*388. *n.*1. *&* 16. ubi arbitrariam dicit pœnam fortilegii, & refert Platonem ad prædictum modum jam olim distinxisse, Dialogus
415 11. de legibus. Joh.Godelman. *de Magis & Venefic. lib.*3. *c.*11. *n.*32. Ubi, † quod si Magi neminem veneficiis læserint, & tantùm fateantur, se contractum cum

Dæmone

Dæmone iniisse, pœna extraordinariâ, ut fustigatione, relegatione, mulctâ pecuniariâ resipiscentes puniri posse, idque firmat *per text. in d. art.* 109. *Crim. Const.* Caroli V. *adducens ibid. n.* 33. Ita judicatum, ut in tali casu ad fustigationem & relegationem Saga condemnata fuerit. Joh. Fichard. *consil.* 111. *nu.* 2. *vers.* **So viel dann belanget/ ꝛc.** *Vbi ita scribit:* **Dieweil dann dieselbe Person sonst kein Zauberey getrieben / noch Schaden gethan / noch etwas anders gehandelt / dann daß sie ein mal oder zwey mit zum Tantze geführet worden / vnd mit dem Bösen jhres bedünckens gemeinsamet /** (quod tamen nostra puella constanter negavit,) **vnd aber jhr solches alles leydt sein lesset / vnd sich wieder zu Gott bekehret/ so wüste ich dieselbe nicht allein den andern gleich zum Fewer nit zu Verdammen/ sondern auch mit einer Leibes straff zubelegen.** Hactenus Fichard. ubi tandem in isto casu concludit ad relegationem, † in eamque sententiam descendere so- 416
lere supremum Sabaudiæ Senatum, *testatur* Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. iudic. lib. 9. tit. 12. defin. 1. n. 3. & defin. 2. n. 5. & seqq.* Laurent. Kirchov. *inter varia German. Consil. 12. n. 9. tom. 2.* Ubi pariter intelligit Constitut. Carolin. ut altero casu non pœna mortis, sed relegatio vel alia extraordinaria pœna imponatur. Et ita † 417
etiam de consuetudine rigorosam mortis pœnam tali casu non servari, *scribit* Prosp. Farinac. *in Pract crim. q. 20. n. 89.* Atqui ex actis constat, puellam nostram, nullum hominibus damnum veneficiis & arte Magicâ dedisse, neque cum Diabolo rem habuisse. Ideoque vigore Constitutionis Carolinæ non ultimo supplicio; sed aliâ extraordinaria pœna puniendam fuisse. Et licet initio de equo & gallo gallinaceo quædam narraverit, postea tamen idipsum revocavit, neque unquam judicialiter ratificavit: Neq; etiam ex actis constat judicem in corpus delicti, prout tali casu jubet Constitutio Carolina inquisiviisse. Quoties autem lex † ex aliqua causa certo casu pœnam ordinariam arbitrio judicis mitigari 418
vult, non potest imponi capitalis, *l. qui ædes, ff. de incend. ruin. naufr.* Aretin. *in tract. Malefic. in gloss. scienter & dolosè col.* 5. Marian. Socin. *in cap. inquisit. in pr. de accusat.* Berthazol. *Consil. crim.* 118. *n.* 3. Marant. *Disp.* 3. *n.* 18. Menoch. 1. *Arbitrar. cas.* 86. *n.* 3. *Iunct. n.* 5. Rolland. à Vall. *consil.* 51. *n.* 40. *vol.* 1. *per text. in d. l. qui ædes.* Atqui Carolina † Constitutio *d. artic.* 109. isto casu, quando hominibus per veneficium 419
nullum fuit damnum datum, sancit, pœnam ultimi supplicii & quidem ignis non esse infligendam, sed ex arbitrio moderandam, quod satis ex ipsis verbis *d. art.* apparet. Nam primò præmittit casum, quo per veneficium hominibus damnum datum fuit, & tunc statuit pœnam ultimi supplicii: Deinde subjungit alterum casum per dictionem adversativam: **Wo aber jemands Zauberey gebraucht / vnd damit niemand Schaden gethan hette / soll sonst gestraff werden nach gelegenheit der Sachen.** Quæ dictio **Sonst /** † hoc est, aliter, satis 420
innuit, in posteriori casu Sagam vel veneficam alia, quàm ultimi supplicii pœnâ plectendam, illamque expressè tali casu prohibitam esse. Est enim dictio ista, **Sonst/** adversativa, sui naturâ diversum à priori inferēs, & aliam à præcedente

casu, dispositionem arguens, *ut notavit* Gylman. *in Symphorem. tom. 4. part. 1. vol. 14. n. 204. fol. 109. uti eum allegat.* Paul. Matth. Wehner. *in Pract. obs. verb.* Sonsten. Et licet non desint magni nominis JCti & scriptores alii, qui hoc etiam casu mortis pœnam propter solum pactum Sagarum cum Diabolo dictent: tamen nec allegati auctores postremæ sunt existimationis, & Constitutionis Carolinæ 11. textus illis multùm adstipulatur. Quamvis etiam omninò expeditum, & sine controversia esset, quod nostro casu, capitalem pœnam lex statuisset, quam tamen non expresè statuit, judicem ad mitigationem flectere debuisset, quod

421 puella nostra à patre † & noverca delata, & judici ad pœnam oblata fuerit, quo casu legibus ita cavetur, quod si pater, filium præsidi offerat, de capitali crimine accusatum vel inquisitum, non debere præsidem filium ultimo supplicio damnare, & sic non ordinariâ pœnâ, sed mitiori, additâ ratione, ne scilicet, patrem faciat ministrum impietatis, in sanguinem filii, *ut est text. in l. milites, §. desertorem, & ibi gl. ff. de re milit. Et sic per illum text. infert* Salicet. *in l. propter insidias, C. qui accusar. poss.* Felin. *in cap. accusasti. n. 13. ff. de accusat.* Marsil. *in l. 1. §. ad quæstionem, n. 16. ff. de quæstion.* Tiber. Decian. *in tract. Crimin. lib. 13. c. 13.* Tyraquell. *tract. de Pœn. leg. caus. 18.* Cravett. *consil. 309. n. 3.* Menoch. *3. Arbitr. cas. 347. per tot.* Scipio Gentil. *de bon. matern. cap. 2. pag. 8.*

422 Et hoc etiam in † atrocissimo læsæ Majestatis crimine in casu quodam consuluisse & obtinuisse, Paul. de Castr. *testatur, Capoll. cautel. 1. ubi refert casum:* Filium quendam Comitis Palatini, cõmisisse crimen læsæ Majestatis, patrem propriâ auctoritate ipsum præsentasse Imperatori: dubitatum fuisse nunquid esset decapitandus, & consuluit Paul. de Castr. quod non, per textum modò allegatum: Imperatorem verò voluisse videre ipsum textum, quo viso eum liberasse à pœna mortis, relegando per decennium, *uti refert ipse* Castr. *in d. l. propter insidias, C qui accusar. non poss.* Et licet allegata lex loquatur de desertoribus militiæ, tamen ratio ibidem expressa generalis est videlicet ne Judex patrem faciat ministrum impietatis, in sanguinem filii, quæ utiq; in omnibus aliis criminibus capitalibus locum habet. Ideoq; allegati modo Dd. textum illum ita generaliter intelligunt.

423 Et propterea † Lex non adeò facilè, etiam in crimine insidiarum paratarum, licentiam parenti concedit accusandi filium, quin potiùs eum moneat pietatis naturalis, *dum in d. l. propter insidias, C. qui accusar. non poss.* inquit, modò pietas & ratio naturalis, animi tui intentionem non revocet, quasi diceret: licet civilis lex hoc tibi patri permittat, memento tamen ab eo abhorrere jus sanguinis & naturæ, cum patria potestas non in atrocitate, sed in pietate consistat, *ut est text. in l. Divus, in fin. ff. ad L. Pompei, de parricid.*

424 Et ideò, inquit Papinianus † patri, & non marito, mulierem & adulterum deprehensum, permissum est occidere, additâ ratione: quia plerumq; pietas paterni nominis optimum pro liberis consilium capit, *l. nec in ea, §. ult. ff. de*

425 *adult.* Et † nullus affectus vincit paternum, *text. in l. fin. C. de curat. furios.*

Idque

Idq; non solùm obtinet † in liberis probis & piis, sed etiam improbis, uti 426
apparet ab exemplo Davidis viri justi & secundum cor Dei, qui, licet Absalon
filius cum pellicibus ejus fœdè concubuisset, Ammon fratrē occidisset, ipsumq;
Davidem regno pellere conabatur, & hæc omnia patri nota essent: attamen au-
ditâ ejus morte, vestes laceravit & exclamavit: Fili mi Absolon, Absolon fili mi,
quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, 2. Reg. *cap.* 18. Quod & aliis quàm plu-
rimis Sacræ & profanæ historiæ exemplis, si opus esset, firmari posset.

Est enim † pater & filius (seu filia) eadem penè persona, *l. fin. C. de impub. &* 427
ali. substitut. Et † eadem caro, *c. contradicimus*, §. *hac auctoritate*, 35. *q.* 3. adeò ut in 428
liberis † corpus parentis periclitari censeatur, §. *fin. instit. de noxal. act. Et ideò in-* 429
quit gloss. & post eam Angel. *in l. quidam cum filium, ff. de hered. instit.* Nec † liberi ul- 430
lum meliorem amicum habere possint, Bald. *in c. per tuas, col.* 2. *de probat.*

Cùm itaq; pater iste, puellam filiam suam apud Judicem detulerit, & ad
puniendum obtulerit, censendum non est, eum adeò paterni nominis & san-
guinis oblitum, eâ intentione id fecisse, ut mortis pœnâ afficeretur: Quis enim
carnem † suam ita odit, ut eam lanienæ offerat, & sui destructionem appetat? 431
Idq; etiam inde satis apparet, quòd publicatâ in filiam capitis sententiâ, dila-
tionem instanter petierit, & ab ea quasi provocarit, sed frustra, contra tamen
humanitatem & juris benignitatem. Et quamvis initio filiam, pietatis & pa-
terni sanguinis quodammodo oblitus, crudeliter satis ad pœnam obtulerit, unâ
cum noverca, debuisset tamen prudens & humanus Judex considerare † pa- 432
tri, novercalibus delenimentis, instigationibúsve corrupto, malignè circa san-
guinem suum judicium & injuriam inferenti consentiendum non esse, *ut mo-*
net text. ad liter. in l. non est, 4. *ff. de in offic. testam.*

Siquidem † pater, quoties contra liberos neglecto pietatis officio, ali- 433
quid facit, perinde id æstimandum, quasi non sanæ mentis fuerit, *inquit* Mar-
cianus JC. *in l. hoc colore*, 2 *ff. eod. tit.* Et patrem † id facientem, morbum in cere- 434
bro & rationis defectum habere, *dicit* Bald. *in Auth. ex causa, col.* 7. *n.* 26. *vers. secundò*
accipio, C. de liber. præterit. Socin. Jun. *consil.* 59. *n.* 13. *vol.* 3.

Ex quibus apparet, † Novercas eò parentes contra liberos instigationi- 435
bus suis perducere posse, ut furiosis similes existant, ac sanguinis & pietatis ju-
ra negligant. Indeq; noverca † præsumitur inimica privignis, Tiber. Decian. 436
in tract. crim. lib. 3. *cap.* 25. *n.* 83. Et quicquid † pater facit contra liberos habentes 437
novercas, id fecisse præsumitur novercalibus persuasionibus corruptus, *uti do-*
cent Bald. Angel. Castrens. *& alii in d. l. hoc colore, ff. de inoffic.* Bertrand. *consil.* 22. *n.* 4.
vol. 3. Herman. Vult. *consil. Marp.* 29. *n.* 89. *vol.* 1. Unde non inconvenienter no-
minis potiùs allusione, quàm derivatione, † novercam quasi nocentem arcum 438
dictam putavit Accurs. *in §. socrum, instit. de Nup. & gl. in c. pastoralis, in verb. principia,*
de re iudic. Solent, inquit, † novercæ in privignos sævire. Inde & illud prover- 439
bium: † *Odium novercale*: propterea, quod novercis omnibus innatum sit fa- 440

tale quoddam & implacabile odium adversus privignos, ut explicat Erasmus Roterodam. *in adag.* Chiliad. *2. cent. 2. adag. 95. Iuxta illud* Euripid. *in Alcestid.*

Hostis, noverca est, ante natis liberis
Nihiloq; mitior nocente viperâ.

Hinc Ovidius *lib. 1. Metamorphos.*

Lurida terribiles miscent aconita novercæ.

441 Ac propterea jura suadent † liberos apud novercas educari non debere, *l. 1. C. ubi pupill. educ. deb.* Aretin. *in l. si disceptetur, ff. eod. tit.* Quod & Virgilius *Ecclog. 3. innuit sub persona privigni dicens:*

Est mihi namq; domi pater, est injusta noverca.

Cùm itaq; hisce non attentis, puella à patre novercalibus delenimentis corrupto, ad puniendum oblata, ultimo supplicio affecta sit, Judex loci, eum impietatis ministrum, in sanguinem filiæ jam ante per obsessionem Diabolicam saris afflictæ, & ita majori commiseratione dignæ, fecit, *per text. in d. l. milites, § desertorem, ff. de re militar.*

442 III. Mitigationem † cæteris paribus, suadere solet & sexus qualitas, propter infirmitatem & lubricum consilii, indeque plerumq; fæminæ contra propria cẽsentur laborare commoda, *l. 2. §. verba, ff. ad SC. Vellejan. l. si mulier, C. eod.*
443 Zang. *de except. part. 3. cap. 9. num. 1.* Quare † mulier à mollitie mentis dicitur, *per*
444 *text. in c. quod proposuisti, 32. q. 7.* Et constat ex † creationis historia Diabolum in forma serpentis non virum, sed mulierem tanquam simpliciorem, & ad lapsum procliviorem prius aggressum fuisse, Genes. *cap. 3. v. 1. Ibidemq;* Pare. *in commentar.*
445 *fac. text. in c. indignantur, 32. q. 6.* Ideoq; huic sexui, † quem Petrus vas fragile ap-
446 pellat, magis esse condolendum, † etiam quoad mitigandam pœnarum asperitatem, tàm Canonistæ, quàm Legistæ communiter concludunt, *text. in cap. sicut dignum, 6. extr. de homicid.* Ubi Alexand. 3. Papa *Exoniensi Episcopo ita rescribit:* Sanè
447 cum † vir discretus existas, pleniùs nosti, quòd in delictis non solùm quantitas & qualitas delicti, sed *ætas, scientia, Sexus*, atque conditio in delinquentibus sint attendenda, *glos. ibid. in verb. sexus, text. in l. Sacrilegii pœnam, 6. in pr. ibi pro conditione sexus, vel severiùs vel clementiùs statuere, ff. ad L. Iul. peculat. l. 38. §. 1. 2. 3. ff. ad L. Iul. de adult.* Tiber. Decian. *lib. 5. cap. 38. n. 62* Andr. Geil. *1. de pac. publ. cap. 1. num. 37.* Petr. Laiman. *de Sagis, q. 1.* Hinc Virgilius *lib. 2. AEneid.*

——— Nullum memorabile nomen
Fæminea in pœna est.

448 IV. Humaniorem sententiam suadere debuisset puellæ hujus † ætas minor, cum 17. ætatis annum vix egressa fuerit. Nam licet minor ætas in delictis non in totum à pœna excuset, tamen interdum miseratio ætatis Judicem ad mediocrem pœnam perducere solet, *dicit text. in l. auxilium, §. 1. ff. de minoribus, text. in l. Sacrilegii pœnam, in pr. ibi pro conditione ætatis vel severiùs vel clementiùs statuere, ff. ad L. Iul. peculat. text. in c. sicut dignum, verb. sed ætas attendenda, extr. de homicid.*

Et

Et † Claudiæ, fratres Impp. propter ætatem crimen incestus remisisse di- 449
cit JC. *in l.* 38. § *fratres l. aut facta*, § *persona. ibi: in ejus rei consideratione ætatis quoq; ratio habeatur ff. de pœn. l fere.* 108. *ff. de Reg. Iur.* Ubi JC. Paulus, Ferè, inquit in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ succurritur, Dec. *ad d. l. fere, num.* 3. Angel. Aretin. *in tract. de malefic. in verb. scienter, dolosè, n.* 12. Ubi sic ait: Cautus debet esse Judex, in quo minor ex delicto tenetur, quòd mitiùs agat cum eo, quàm cum majore. Unde magis communiter concludunt *Dd.* quòd quando † propter 450
delictum venit imponenda pœna mortis, habita ætatis ratione, regulariter Judicem devenire non posse ad decapitationem, sed aliam extraordinariam pœnam imponere debere, *per ea quæ tradit* Berthazol. *consil. crimin.* 118 *n.* 1. *&* 2. Ubi ita plures, & pluribus in locis fuisse judicatum, *asserit* Roland. à Valle *consil.* 51. *vol.* 1. *n.* 40. *& seqq. & consil.* 77. *n.* 6. *& seqq. vol* 3. *Vbi* 24. *adductis argumentis & rationibus hanc firmat sententiam*, Grammat. *decis.* 23. *n.* 12. Ubi refert ita servatum fuisse, per consilium Neapolitan. uti eum allegat & sequitur Clar. *in* §. *in fin. q.* 60. *sub n.* 3. Addens ita *Dd.* tenere frequentiori calculo. Prosp. Farinac. 2. *consil.* 187. *num.* 6. *& n.* 10. *& in pract. crimin. quæst.* 92. Vincent. Honded. *consil.* 104. *n.* 35. *vol.* 1. Tyraquell. *de pœn. temperand. cauſ.* 7. *per tot. Vbi n.* 5. inter alias † hanc adducit ra- 451
tionem, quod adolescentia suapte quasi naturâ sit irritamentum vitiorum & levitatis, ideò si peccet adolescens vel adolescentia, magis id asscribendum ætatis vitio, quàm pertinaci malitiæ & improbitati, cum nondum ætati isti plenum sit rationis judicium atq; consilium. Idq; non solùm in malæ, sed etiam in bonæ indolis adolescentibus obtinere, ostendit Regius propheta dicens de se: *Delicta iuventutis meæ ne memineris Domine*, Psal. 25. *v.* 7. Et Jobus vir justus exclamat: *Et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.* Job. *cap.* 13. *vers.* 26. Et testatur Horatius de se, Ode 16. *carm. lib.*

——me quoq;
tentavit in dulci iuventa,
fervor, & in ceteros lambos
misit furentem.

Indeque † multi in prima ætate turpes & omnium judicio damnati, postmo- 452
dum tamen laudabiles exstiterunt, *teste* Lactant. *de ira Dei, c.* 22. Et quamvis multi *Dd.* variè hac de re sentiunt, eò tamen ferè omnes collimant, propter prædicta jura & rationes, † minori quidem in delictis non succurri, ut scilicet restitua- 453
tur omninò, ne pœnâ aliquâ plectatur, sed verè puniendum esse, sed mitiùs, capitali pœna regulariter in aliam commutatâ. *Quam etiam defendit* Wesenbec. *in Paratit. l. n.* 26. *ff. ad L. Cornel. de sicar. Vbi urget ration.* Angel. & Bald. quòd videlicet in minori, quamvis pubere non sit tantus dolus, quantus in majore. Ideoq; nec eadem pœna. Quò etiam collimat constitutio Crimin. Carol. V. artic. 179. ubi ætatis, maximè in infligendis pœnis rationem habendam esse sancit, ita ut non ordinaria, sed Judicis prudentis arbitrio plectatur, quod arbitrium ad mortem

non

non facilè extendi debere, *teſtatur* Weſenbec. *d modo, loc.* Menoch. 1. *arbitr. caſ.* 86. Imò ne quidem poſſe hoc caſu multis firmat Berthazol. *conſil. crimin.* 378. *n.* 6. 7. Roland. à Valle *d. conſil.* 51. *n.* 40. *& ſeqq.*

Hiſce V. *accèdit*, quod puella noſtra matre in tenera infantia orbata malis & improbis vetulis à patre educanda fuerit tradita, à quibus ſi verum eſt, quod
454 narravit, anno ætatis ſuæ quinto Diabolo aſſociata fuit. Quæ occaſio † pravæ educationis & ſeductionis in ipſa prima infantia à prudente judice non parum
455 attendenda. *arg. cap. dixit* Apoſtolus 26. *quæſt.* 3. Et certum eſt in illam † ætatem quinquennii neque dolum neq; pœnam cadere, cum ejuſmodi infantes quinquennes reverâ, quid agunt non intelligant, nec multum à furioſis diſtent, *inquit* Juſtin. Imper. *in §. furioſus inſtit, de inutil. ſtip. l. ſed & ſi.* 5. *§. pen. ff. ad L. Aquil. & in l.* 3.
456 *§.* 1. *de ſepulchr.* Hinc Modeſtin. † Infantem cum furioſo comparans, in delictis, dicit, quod alterum innocentia conſilii tueatur, alterum fati infelicitas. *in l. infans*, 12. *ff. ad L. cornel. de ſicar. fac. l. infans*, 60. *ff. de rei vindic.* Clar. *§. fin. quæſt.* 60. *nu.* 2. Covar. *in relect. clement. ſi furioſus, part.* 3. *n.* 1. *&* 5. *de homicid.* Andr. Geil. 2. *obſerv.* 110. *num.* 20. 21. *& ſeqq.* Menoch. 2. *Arbitr. caſ.* 325. *n.* 2. *& ſeqq. & caſ.* 329. *n.* 2. *& ſeqq.*

Cum itaque, ex actis appareat, puellam noſtram ex ea tantùm & non alia cauſa, capite mulctatam, quaſi ex propria confeſſione pactum cum Dia-
457 bolo habuerit, † illud vero quinto ætatis ſuæ anno inierit, non potuit ulla pœna propterea de jure, nedum capitis, poſtea adultior, nondum tamen major effecta puniri. *Vt tradit* Marſil. *in d. l. Infans. col.* 2. *quem allegat* Tyraquell. *de Pœn. temperand. d. cauſ.* 1. *n.* 8.

458 Cum ut in omnibus aliis rebus ita vel maximè in † delictis initium ſit ſpectandum & occaſio per jura vulgata. Quin imò de iſto pacto expreſsè nihil depoſuit, ſed hoc dixit, **Sie ſey vngefehr fünff Jahr alt geweſen / wie N. jhres Vettern alte Magd jhr den Teuffel gebeten / daß er ſie ſolte wahren / vnd nachlauffen / vnd ſie ſolte jhn wieder wahren. Item ſie N. hette anfangs nicht geſagt / daß es der böſe Feind / ſondern einer auß jhrer Freündſchafft were.** *Protocoll. de* 23. *die Ianuar.* Unde conſtat puellam ab initio non ſolùm propter infantiæ ætatem ſed etiam errorem non conſenſiſſe. Nihil † enim magis conſenſui contrarium quam error: ideoque non conſentiunt qui errant, *text. in l. ſi quis per errorem,*
460 *ff. de Iurid.* Pactum † autem ſine conſenſu dari non poteſt, *l.* 1. *§.* 2. 3. *ff. de pact.*

461 Et quamvis contra hoc replicari poſſit, † puellam noſtram poſteà puberem factam Bremæ pactum hoc, ſi vera eſt ejus confeſſio, renovaſſe, & alia ſolennia præſtitiſſe: tamen hîc maximoperè conſiderandum quod antequam Bremam venerit, à Diabolo fuerit corporaliter obſeſſa, & pro tali non ſolum à miniſterio, ſed omnibus vulgò habita. Deinde pariter ex actis apparet, Diabolum eam tanquam obſeſſam corporaliter in loco N. aſſumpſiſſe & per aërem hinc inde vexiſſe, & cum eam ita ſolam detinuerit, majorem utique poteſtatem nactus fuit eam decipiendi, & ad pactum tale, ſi verum eſt quod dixit, inducendi,

cendi. Notum enim est ex † historia sacra, Diabolum homines in solitudine existentes maximoperè tentare, & laqueis suis involvere. Loth † cum solus erat cum filiabus, perduxit eum Diabolus ad incestum, Genes. 19. Cum † filii Jacobi soli erant, vendiderunt fratrem suum JOSEPHUM, Genes. 37. Quin imò hanc occasionem arripuit Diabolus † Salvatorem nostrum in deserto solum versantem tentandi, & ad defectionem inducendi, Matth. 4. Unde Ecclesiastes † væ homini soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se, Eccles. cap. 4. v. 10. Ideoque si ut narravit, isthac occasione puella nostra ad renovationem pacti in infantia initi, inducta fuit, calamitati † ejus meritò condolendum fuisset, tanquam à Dæmonibus vexatæ, *per ea quæ tradit* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 38. n. 57.* Præterea non apparet, Judicem in circumstantias personæ, loci, temporis per subsidium inquisivisse, adeoq; omnia hæc, quæ de renovatione narravit, sicut & alia falsa, & à Diabolo conficta esse potuerunt. 462 463 464 465 466 467

Hisce VI. *accedit*, quòd puella ista conditionem suam deploraverit, & de vitæ emendatione, ac pœnitentia spem non obscuram fecerit, uti apparet ex *Protocoll. de 24. die Ianuar.* **Sie wolte gern wieder darvon/ wann sie könte darvon kommen/ sie könte nun wol beten das Vatter vnser/ vnd etliche Psalmen/ singe auch bißweilen/ Gott der Vatter wohne vns bey**: Et quod non solùm verbis, sed etiam lachrymis hoc contestata sit, habetur in *Protocoll. de 27. Ianuar. ad artic. 1. ibi*: **vnd insonderheit bey dem 3. Articul/ weinete sie bitterlich.**

Atqui Paul. Ghrilland. Johan. Bodin. Item Auctores mallei maleficarum de experientia attestantur, validissimum signum cognoscendi † Sagas, quod lachrymas emittere non possint, *Conf. dictos auctores Mall. malefic. part. 3. quæst. 15.* Godelman. *de Mag. & Venefic. lib. 3. c. 3. n. 26.* 468

Huc etiam pertinent, quæ scribit Paul. Ghrilland. *in tract. de Sortileg. quæst. 7. num. 35.* ubi dicit, quod istarum Apostasiarum † duæ sint species, una quæ simpliciter retrocedit à fide, & sequitur cultum & obedientiam Dæmonis; altera quæ postquam Christi fidem abnegavit, iterum se baptizat expressè in nomine Diaboli, & aliud sibi nomen imponit. (Qua de re tamen ex actis nostro casu nihil constat.) Licet itaq; † utraq; species sit damnata, prior tamen si peccatum suum revocat, admittitur ad pœnitentiam, & evitat pœnas corporales, sicut hæretici pœnitentes, *ut in l. Manicheos, C. de hæret.* Hactenus Ghrilland. *quem refert & sequitur* Francisc. Jacob. Ziegler. *in consil. de Lamiis, quod extat in addition.* Johan. Wier. *de præstig. Dæmon. Faciunt tradita* Farinac. *in pract. crim. d. quæst. 20. num. 105.* Johan. Godelman. *de Mag. lib. 3. cap. 11. n. 45. & seq.* 469

Ubi ad hoc adducit quandam Constitutionem Caroli Magni, in eandem inclinat sententiam Johan. Köppen. *observ. 130. n. 8. & n. 10.* Ludov. Gilhaus. *in arbor. Iudic. crim. cap. 2. tit. 17. n. 17. vers. porrò si Lamiæ fatentur.* Et multis sacrarum literarum argumentis id firmat Johan. Scultet. *in tract.* **von Zauberey vnd Zauberern/** *cap. 12. ubi ita scribit*: **Wer nun solcher Bekehrten verschonet/ der verschonet** 470

der Christen/ vnd nicht der Zäuberer. Jhr sprechet/ sie sind nicht werth/ daß sie wieder angenommen vñ geduldet werden/ ob sie sich gleich rechtschaffen bekeren. Jch frage aber lieben Herren warumb? haben sie jemandt mit Gifft getödt? Jhr saget nein. Warumb wolt jhr sie dann nicht leiden? Jhr sprechet sie haben GOtt verläugnet/ vnnd dem Teuffel gedienet: Warumb leydet jhr dann andere/ die deßgleichen thun/ &c. Junctis iis, *quæ in cap. 7. p. mihi*, 82. *scribit*: Neq; ex actis constat, hanc puellam Bremæ Deum expresè & solenniter abnegasse, sed hoc dixit, **Es were/ wie sie zu Bremen vff der Gastereyen gewesen ein Creutz geleget/ vnd ein Güldene Decke darüber/ darauff hette sie müssen liegen gehen/ vnd den Himmel vnd die Sterne verschweren/ da were sie Braut worden.** *Protocoll. de 14. die Febr. post merid.*

471 Jam verò † stellas & astra abjurans, licèt impiè faciat, propriè tamen Christum abjurasse dici non potest. *Faciunt etiam huc quæ scribit* Godelman. *alleg.*

472 *cap. 11. n. 50.* Quid usitatiùs, † inquit inter milites & mercatores, quàm ut parvi lucelli gratiâ, in una hora aliquoties Deum abnegent, & se Diabolo devoveant. *Quod latiùs persequitur* Augustin. **Lerchheimer/ in seinem Bedencken von Zäuberey/** *sub rubric.* **von Straff der Hexen oder Vnholden.** Et certè cum Ecclesia

473 tanquam † pia mater, omnibus, etiam Sagis & Divinatoribus curiosis gremium suum aperiat, & pœnitentes recipiat, Actor. 19. v. 29. nec fatigata sit unquam veniam indulgere, *c. duo, 23. quæst. 4. c. super eo, in princ. de hæretic. in 6. l. liquet, vers. sed quia circ. fin. de Sum. Trinit.* Non videmus, quare ejusmodi Sagæ minorrenni, si nullum hominibus aut pecoribus damnum dederit, neq; etiam cum Diabolo se commiscuerit, propter solam simplicem defectionem à Deo, quam seriâ pœnitentiâ emendare studeat, ultimi supplicii pœna indistinctè dictanda, & in Ecclesia, propter antegressam Dei abnegationem, planè nõ sit toleranda, Jehova enim dicit: Quoties ingemuerit peccator, vivendo vivet, & non mo-

474 rietur. De Cypriano † refertur, ipsum ab ineunte ætate Magicis artibus deditum, & in iis educatum fuisse, ita ut vix parem suâ ætate in illis artibus habuerit: assumpto verò Christi nomine & pœnitentiâ actâ, ita in doctrina Christi profeciisse, ut tandem in Episcopum Carthaginensem electus, postea fidei constantiam martyrio coronârit & comprobarit, *ut ex spec. Histor. lib. 13. cap. 122. &* Lambert. Dan. *in flagell. hæret. p. 104. & 285. refert*, Johan. Scultet. *d. c. 12.*

475 VII In temperandis † pœnis, maximè arbitrio Judicis commissis, considerari solet, an reus ultrò & spontè delictum fateatur, & seipsum quasi deferat, *l. edicto, in pr. ff. de Iur. Fisc. gl. in l. 3. §. ult. ff. de alien. jud. mut. caus. text. in l. in eos, in fin. ff. de custod. & exhib. reor.* Tyraquell. *de pœn. temperand. caus. 30.* Et hanc dicit communem opinionem Simancas. *de instit. Catholic. cap. 55. n. 6.* Bero *in c. si Clerici, in pr. n. 88 de iudic.*

476 Et quamvis † Clar. *in §. fin. q. 60, n. 34.* dicat, Judices de hoc non curare, interim hæc ratio junctis aliis per se urgentissimis, eò magis movere debuisset,

hunc

hunc casum majore dignum esse misericordia, *sicuti hoc argumentum usurpans, consulendo dixit* Berthazol. *consil. crimin. 356. n. 6. junct. consil. 505 n. 27.*

Major enim † spes est residuæ bonæ indolis, ingenuitatis & emendationis in his, qui seipsos ultrò quasi deferunt, delicta confitentur, quàm qui etiam delati & suspicione gravissima onerati, malitiosè delicta celant & pernegant. Et ita etiam in nostris terminis, in crimine videlicet veneficii tenet cæteris paribus, Godelman. *de Mag. & Venefic. lib. 3. c. 7. n. 18.* asserens, legibus etiam Mosaicis leviùs punitum, sponte confessum, quàm convictum. Siquidem fur sponte confessus, quintam partem ultra ablatam rem restituere cogebatur, cum aliâs vel pœna dupli, quadrupli vel quintupli locum haberet, Num. *5. vers.* 7. Exod. 22. Et eandem sententiam probat Johan. Köppen. *2. observ. 130. n. 11.* 477

Hæ itaque rationes, si non singulæ ejus ponderis sint ut Judex animi sui motum, ad mitigationem pœnæ capitalis, in hoc nostro casu componere potuisset, conjunctę tamen omninò id suadere, vel saltem ad cautiorem processus rationem, aut concedendam dilationem, movere debuissent; Cùm jura velint, † interpretatione, pœnas potiùs esse molliendas, quam asperandas, *l. interpretatione 42. ff. de pœn.* 478 Licèt † enim crimina punire non sit crudelitas sed pietas, *per ea quæ tradit* Paris. de Put. *in tract. de Syndicat. in verb. crudelitas, num. 4. fol. 324. fac. text. in cap. non est crudelis, 63. q. 5.* 479 Interim tamen † illa Judicis severitas cum aliquo temperamento benignitatis accipienda est, *l. respiciendum, § 1. de pœn. l. hodie, ff. eod. text. in c. disciplina, & c. namq;, distinct. 45. & c. quid faciat, 23. quæst. 3.* 480 Maximè quando † non solùm ipsa lex delictum certo casu à capitali eximit pœna, sed & insuper adsint circumstantiæ, propter quas jura & leges mitigationem suadent, ut hoc nostro casu ex supra deductis constat; tunc enim Judex non debet affectare † severitatis gloriam, ut loquitur Justin. sed cum benignitate punire, *secund.* Belvis. *in Pract. Iud. sub rubr. de pœn. capitali, n. 2.* Ferrar. *caut. 26. in princ.* Nevizan. *in sylv. nupt. rubr. non est nubendum, n. 69. & seq.* Hippol. Riminald. *consil. 245. nu. 14. 15. 48. & seq. lib. 3.* 481 Et Justitiam † cum dulcedine misericordiæ temperare, *d. cap. disciplina, distinct. 45.* 482 Nam melius † est Deo misericordiæ rationem reddere, quam inclementiæ, *c. allegant, 26. q. 7.* Cagnol. *ad l. semper, 56. num. 1. 2. de Reg. Iur.* Wesenbec. *consil. 19. n. 23.* 483 Et † Judicium sine misericordia futurum ei, qui misericordiam non vult fieri delinquenti, *dicit* Apostolus Epist. Jacobi, *c. 2. v. 13. & refertur in c. plerumq;, 2. q. 7.* Speculat. *in tit. de dispensat. § ult. in 15. cum ibi allegat.* 484

Hinc Rudolphus I. Imperat. † hanc sententiam in ore habuisse fertur: Severum & immitem fuisse, me aliquãdo pœnituit, lenem & placabilem, nunquam. 485 Et Nero † in primis imperii sui annis, antequam ad tyrannidem manifestam declineret, subscripturus sententias mortis reorum capitalium, exclamasse fertur: Quam vellem nescire literas, *teste* Seneca *libr. 2. de Clement.* Johan. Gualter. *in Chronolog. Ecclesiast. polit. in vita Neron.* 486 487

Duodecimò redeundo ad principales Nullitates hujus processus, apparet

488 ex Protocollo & actis, puellam † non fuisse decenter durante inquisitione custoditam, sed in ædibus patris detentam, & aditum ad eam promiscuè cuivis patuisse, eamq, tanquam Delphicum, ut narratur in facti specie, oraculum consultam fuisse de rebus magicis, & tàm per parentum, quàm aliorum malevolorum suggestionem, de personis & matronis honestis, multa falsissimè mentitam fuisse, uti non solùm ex narratione Dominorum cõsulentium, sed & informatione cujusdam præcipui officialis & Consiliarii Reverendiss. Episcopi N. ad mandatum suæ Celsitud. congesta apparet, ubi refert: **Es wird von Männiglich** in facto **vor Gewiß berichtet/ das eine geraume Zeit hero/ viel Leute/ auch Frembde vnd vom Lande/ in des N.** (puta puellæ parentis) **Hause auß vnnd ein gangen/ daselbsten des Mägdleins Anschläge ang höret/ darbey er der N. Brandwein vnnd Broyhan verkaufft/ vnnd einen grossen Vortheyl gehabt. Item/ Es were von redlichen Leuten beständig berichtet/ daß gemelter N. nach seiner Tochter Hinrichtung verschiedenen Leuten bey Nacht/ vor die Häuser gelauffen/ vnd dieselbe auff seiner Tochter Aussage offentlich vor Zäuberische außgeruffen. Item/ Es hatte das Mägdlein auff seind seeliges eingeben jhres Vetern von David H. Haußfraw (nach welcher der N. wie sie noch ledig gewesen/ freyen vnnd sich zu jhr nötigen wollen/ aber mit einer Maulschell abgewiesen/ vnd dahero derselben feind gewesen) sie jhres Ehemans Bruders Kind/ welches Natürlicher weise am Schlage gestorben/ vergeben/ vnnd daß sie ein Zäuberin were. Item/ Es were beständig berichtet/ daß der N. in anhören anderer Leute gefragt/ ob nich Hans N. auch ein Zäuberer/ vnnd die Tochter geantwortet/ sie kenne jhn nicht/ er aber mit strengen Worten abermals darauff gedrungen/ vnd sich endlich die Tochter erkläret/ gemelter N. were in jhrer Compagni nicht/ mächte in einer andern sein/ worauff der Steinmetz jhn gleichwol diffamirt/ auch durch solche diffamation causirt/ daß es jhm N. von andern verkleinerlich vorgeworffen/ &c. Item/ Das newlich bey J. F. G. Cantzley außbündig gemacht/ daß ein Erlicher Mann Heinrich N. in einer rechthängiger Sachen wieder Cordten N. als ein ernandter Zeuge/ vermöge geläyst en Eyds die Warheit außgesagt/ daß darauff gemelter Cordt N. neben noch einem leichtfertigen Gesellen/ in des Steinmetzen Hause zu dem Mägdlein sich verfüget/ daselbsten von Morgen an Brandtwein/ vnnd folgents Broyhan/ biß vff Nachmittag vmb 3. Vhren gesoffen/ vnter vnnd bey solchem Gesöff des N. Tochter/ vber obgemeltem Heinrich N. gefraget/ vnd endlich die Erklärung von jhr bekommen/ gemelter Heinrich N. dessen Fraw vnnd Tochter könten die Zauberkunst/ wie solches mit dem Ampts *Protocollo* nothürfftig zubeweisen/ auch gemelter N. selbsten gestanden/ vnd wegen seiner dahero rührender diffamation/ einen offentlichen Wiederruff gethan/ vnnd mit Gefängnüß gestrafft worden.** Hactenus ille, cui tanquam principis jurato officiali & consiliario, fide digno, in hisce quæ habita diligenti veritatis indagine principi suo retulit, meritò fides habenda.

Ex

Ex quibus omnibus patet, puellæ istius malè custoditæ levissimum parentem, ea tanquam obsonio quodam distrahendi vinum adustum & cerevisiam usum fuisse, & Diabolum, per eum ipsamque puellam, scholam & exercitium publicum calumniandi & diffamandi exercuisse, quod utique tanquam rem pessimi exempli Magistratus loci præcavere & nullo modo admittere debuisset, *l. exemplo pernicioſum, 7. cum ſimilibus, C. de prob.* cum malitiis hominum non sit indulgendum, *l. infundo, 38. circ. fin. ff. de rei vindic.*

Conantur autem Dnn. Judices hunc excessum satis reprehensibilem, & multarum calumniarum fontem fomitemque, duplici ratione excusare: I. Quod Diabolus in carcere puellæ insidias instruxerit, eos ut animæ ejus saluti consulerent, puellam tanquam proprii oris testimonio convictam maleficam in paternis ædibus catenis constrictam detinuisse. II. Expresse prohibuisse, ne quis ad colloquium ejus admitteretur.

Verum ad hoc respondetur, Quod Dnn. Judices N. N. solliciti fuerint, de animæ salute redimenda istius puellæ, in hoc fecerunt Christiani Magistratus officium laudabile: Quòd verò id modo inordinato & insolito, cum scandalo publico, & discrimine honestorum & innocentium fecerint, culpa non carent. Nunquam † enim relatum neque usque receptum est, ream de male- 489
ficio & veneficii crimine convictam, ut prætenditur in apologia, & capitali pœna damnandam, in paternis ædibus, ad quas cuivis liber patebat aditus, non secreto sed palam sine custodibus & ministris publicis detineri. Et solent prudentes Judices reos capitalium criminum, si ex justa causa carceribus non mancipentur, in loco aliquo publico vel etiam domo ministri publici jurati, adhibitis plerumq; custodibus, qui omnia accuratè observent, custodire & diligèter cavere ne cuivis liber pateat aditus. Hoc si fecissent Dnn. N. N. istæ honestorum virorum & matronarum diffamationes, inde non evenissent. Et superat captum nostrum ista prudentia, patri custodiam filiæ de capitali supplicio inquisitæ, & jam dum ut prætenditur convictæ & damnandæ, committere; qui si storge naturali motus, & sanguinis sui non planè oblitus fuisset, eam quavis hora citra grave dispendium liberare potuisset, id etiam procul dubio fecisset, nisi occasione hujus custodiæ, obsonium distrahendi vini adusti & cerevisiæ diutius se habiturum per filiæ fabulas & calumnias speraſſet, & ita lucellum istud paterni nominis pietati prætulisset.

De inhibitione ista exactis nihil apparet, & si illa etiam facta esset, non tamen propterea excusatur ille excessus. Quid enim leges (seu inhibitiones) sine moribus, vanæ proficiunt, inquit Horat. Non enim per nudas inhibitiones satis fit justitiæ, nisi magistratus diligenter curet, ut id quod mandatum est, fiat. Sive itaque factæ sint tales inhibitiones, sive non, ex supra deductis patet, aditum cuivis promiscuè & colloquium cum puella pessimo exemplo patuisse, quod cùm ut refertur, illic locorum notorium sit, ulteriori deductione nō eget.

490 *Decimotertiò*, constat ex Protocollo & actis puellam nostram varia, † contraria & incerta deposuisse, quæ neque per veritatis inquisitionem, neque alio modo ad certitudinem redacta & purgata sunt.

Et quidem ex prædictis *variis & contrariis* quædam hic ad ocularem demonstrationem subjungenda esse duximus, ex quibus evidens apparebit Processus & sententiæ nullitas.

1. Die alte Dibbecke vñ Catharina N. hettē jr Margreten Sivers das Zaubern gelehret. *Protocoll. de 23. Ianuar. Iunct. Responſ. ad art. 6. de 27. Ianuar.*

1. Die N. zu Bremen/ hette jhr die kunſt gelehret. *Protocoll. de 27. Ianuar. in Responſ. ad artic. 7.*

Item, In der Gerichtlich verlesenen Vhrgicht wird nur der alten Diebbeken allein gemeldet/ ob hette dieselbe jhr das Zaubern gelehret/ *Artic. 1.*

2. Sie were auff dem Lust-Hause vor Bremen der N. zustendig Braud gewesen/ vnd daselbstē zu geschworen. *Prot. de 23. Ian.*

2. Sie were zu Bremen in der N. Hause Braud gewesen/ vnd daselbsten zu geschworen. *Protocoll. de 14. Februar.*

3. Wie sie Braud gewesen were ein güldene Decke auff dem Boden gelegen/ vnd darunter ein Creutz/ darauff sie müssen mit dem Rückē liegen/ in den Himmel sehen/ vnnd denselben verschweren. *Protocoll. de 23. Ianuar.*

3. Hette müssen auff ein Creutz liegen gehen/ vnd den Himmel (nota variationem) vnnd die Sterne verschweren: hetten jhr darnach (nota rursus variationem) eine Güldene Decke auffs Creutz gelegt/ vnd müssen Braud sein. *Prot. de 14. Febr.*

Jn der Gerichtlich verlesenen vnd ratificirten Vhrgicht/ lautet es also: Sie hette den Himmel vnd Erde verschweren müssen. *Protoc. sub lit. I. art. 18.*

4. Wie sie zu Bremen kommen habe die N. marsche daselbst am Marckt Zucker vnnd allerley Kraut gekaufft. *Protoc. de 14. Febr.*

4. Wie sie zu Bremen kommen vnd vor der N. marschen Hause (welches nit am Marckt/ sondern gegē dem Kirchhoff über/ wan man auß der N. strassen in die ander gehet/ stehet) vorübergangen/ hette daselbst ein Wage mit Apffeln gehalten darvon die N. marschen ein Sack voll gekaufft/ vnnd zu jhr gesagt/ daß sie jhr den Sack wolte ins Hauß tragen helffen welches sie gethan. *Protocoll. de 23. Ianuar.*

5. Die N. marsche habe sie bey der Hand genommen/ sey mit jhr in den Hoffgangen/ vnnd Köel geplücket. *Protoc. de 14. Febr.*

5. Wie sie in der N. marschen Hauß komen/ hette dieselbe gesagt/ sie solte bleiben vnd jhr ein wenig lausen. *Protoc. de 23. Ianuar.*

6. Sie sey wol 3. wochen zu Bremen bey der N. marschen gewesen. *Protoc. de 23. Ianuar.*

6. Sie sey 6. wochen zu Bremen bey der N. marschen gewesen. *Protoc. de 27. Ianuar. in Resp. ad art. 15.*

Nota,

Nota, in ista puellæ confessionum variatione & incertitudine omninò decuisset judicem loci, Bremæ, quæ non ita procul à loco judicii distat, ante omnia inquirere, anné talis ita dicta fœmina ibi habitaret? an in foro vel alia platea? an extra urbem tale prædium, de quo puella dixit, haberet? Num puellam hanc in ædibus suis, & quanto tempore habuerit? Quæ omnia præcipit ordinatio Carolina & Jura Civilia, de quibus tamen ex actis nobis transmissis nihil apparet.

7. Sie hette ein Pferdt / ein Schwein/vnd einen Welschenhanen alles dem Rath zu Bremen zuständig (durch Zauberey / worzu jhr die N. marsche materialia gethan) vmbgebracht. *Protoc. de 27. Ianuar. in Resp. ad art. 20.*

7. Sie hette Menschen vnd Vieh mit der Zauberey keinen Schadē zugefügt/ darbey auch bestendig verharret. *Protoc. de 24. Ianuar.*

Nota, Et hic vigore Carolinæ Constitut. inquirendum fuisset apud Senatum Bremensem, num se res ita haberet.

8. Wie sie zu N. loco videlicet judicii, auff Cathrinen N. Bette gelegen / vnd dem Tantze zugesehen / hette der Teuffel der N.dischen vnd die N. dische jhm wider ein Stück von der Nasen vnd Backen geschlagen. *Protoc. de 27. Ianuar. in Resp. ad art. 10.*

8. Es sey im Tantzen vor Bremen auff dem Lust-Hause geschehen/ da der Teuffel der N.dischen ein Stück von der Nasen vnd Wangen geschlagen. *Prot. de eod. 27. Ian. §.* Sagte ferner/ &c.

Nota, hîc Judex inquirere debuisset, num circa id tempus fœmina illa nominata, damnum aliquod in genis & naso habuerit, & quale id fuerit, quod utique vicinos latere non potuisset, qua de re tamen ex actis nihil apparet.

9. Der Teuffel vnd die N.dische hetten sie (ream Domina videlicet vidua) berichtet die N. vnd jhre Dochter gehöre mit in die Companey. *Protocoll. de 31. Ianuar.*

9. Sie habe die N. selbst im Tantz vnterschiedlich gesehen. *Protoc. de 13. Feb. & de 23. Ian.*

10. Die N.dische sey 3. mahl mit im Tantz gewesen/ 1. in Cathrinen N. Hause/ 2. im Felde nach Hüttbergen/ 3. zu Bremen auff dem Lust-Hause. *Protoc. de 27. Ian.*

10. Es were die N.dische zu Eyselberg der gantzen Companey auch mit im Tantzen gewesen / Ergò ist dieselbe mehr als dreymahl beym Tantze gewesen.

11. Die N. nimirum Domina vidua hette etwas vō einem Auffschurtzband der N.dischen / welches Herrn N. von N. solte beygebracht werden/ darinnen zwo knutten / vnd zwo ösen auch etlich garn/so mit dühn zusamen gemacht gewesen. *Protoc. de 10. Feb.*

11. Die N. Domina vidua die N. die alte N. vnnd N. hetten einen schwartzen band gekaufft (variatio) darin zwey grosse knutten / vnnd zwey ösen / auch 3. flechten (variatio) gewesen / den hetten sie der Schwertfegerschen (variatio) gethan. *Prot. de 14. Feb.*

In der Gerichtlich verlesenen Vhrgicht lautet es also: Das Band habe drey knutten/ vnd zwey ösen gehabt.

12. Das

12. Das Bandt sey Schwartz geweſen. *Protoc.de* 14.*Feb.*

12. Das Bandt sey Gryeß geweſen. *Protoc.eod.*14.*Feb.*

Nota, Hîc debuiſſet Judex loci inquirere, quiſnam ille propola fuerit, à quo Domina vidua & memoratæ mulierculæ iſtam faſciam den Auff-Schurtz-Bandt/ emerint, & ab eodem expiſcari, quo tempore, quo pretio, &c. Et ſic ſatisfeciſſent Carolinæ Conſtitutioni, & fraus Diaboli detecta fuiſſet. Neque eſt veriſimile, tres vetulas, & cum illis Nobilem & ſpectatam matronam, ad emptionem vilis faſciæ in unius propolæ ædibus convenire, ideoque probabile eſſe non debuit.

Poſſent adhuc aliæ plures variationes ex Protocollo, maximè circa venditionem prætenſam aurei illius cochlearis, ex actis deduci, verùm hæc amodò ſufficiant, cum incertitudo confeſſionum vel ex iis ſatis ad oculum remonſtre-
491 tur. Indecens † autem & grave eſt, ſuper re dubia, incerta & varia certam & quidem capitalem ferre ſententiam, *cap.grave*, 11. *q.*3. Cravett. *conſil.*276.*num.*4.
492 Joh.Petr.Surd. *conſil.*151. *n.*50. Quia † exinde facile offendi poteſt veritas, &
493 juſtitiæ, *cap.fin.diſtinct.*33. Curare † itaque debet Judex, ut ſuper re certa & liquida, maximè in criminalibus, ferat ſententiam. §. *curare, & quæ ibi not. Dd. inſtit.de action.iunct.l.fin.cum ſimilib. C.de probat. l.quæ ſententiam, ibi, in unum conſpirante*
494 *concordantéque, C.de pœn.* Nihil † autem magis contrarium certitudini quàm va-
495 riatio, Cardin.Clement.1.*de renunciat.* Udalr.Zaſ.*conſil.*16.*n.*43.*lib.*2. Quæ † ſine contradictione & evidenti mendacio ſtare non poteſt, Anton.Fab. *in Cod.rer.in*
496 *Sabaud.Iudicat.lib.*9.*tit.*21.*defin.*5.*n.*3. Nullumque † evidentius falſitatis ſignum dari, quam variationem, *tradit* Proſper. Farinac. *poſt* Bald. *& alios quos allegat,*
497 2.*conſil.*138.*n.*11. Et incertitudo † omnem vitiare dicitur actum, *l.cum duo ubi gl.*
498 *ff.de in diem addicti.* Bart.*in l.quidam, ff.de reb.dub.* Quia † plus uno verum eſſe non poteſt. Indeque ex ſola teſtium & delatorum falſorum variatione innocentiam falsò delatæ præcipitanter ac injuſtè condemnatæ Suſannæ cognovit Daniel, eamq; ab injuſta ſententia liberavit, Judices iſtos quod non diligentiùs inquiſiverint in veritatem hiſce verbis increpans. Siccinè fatui filii Iſraël, non judicantes neq; quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël? *Dan.*13.48.

Decimoquartò, narratur in facti ſpecie quaſdam fœminas ad puellæ hujus delationem fuiſſe incarceratas, per aquam frigidam probatas, & poſtea ſatis inhumaniter tortas, tandemque in carcere exanimes repertas. Atqui conſtat,
499 Probationem illam † per aquam frigidam eſſe irrationalem, inhumanam, impiam & jure aperto improbatam. *text.in cap.Mennam*, §.*purgationem, c.conſuluiſti.*2. *quæſt.*4. Et ita omnes, qui non fungum pro cerebro vel peponem pro corde gerunt, ſtatuere, ex ſcriptis Doctorum virorum apparet. Petr.Binsfeld. *de Conf.*
500 *malefic.membr.*2.*concl.*7.*dubi.*1. Ubi dicit, Magiſtratum, † qui facit Sagam ſubire
501 probationem aquæ frigidæ, mortaliter peccare: quia illa † Diabolo fabricante
502 introducta ſit. Johan.Bodin. rigidiſſimus aliâs Sagarum cenſor dicit, † hac via Diabolum

Diabolum judicia, quæ ſancta oportet ſervari, commutare in ſcholam magiæ, *lib.4. de Magor.Dæmonom. cap.4.* Petr.Heigi. *Illuſtr. quæſt.39.n.61.* Ubi dicit, hunc probandi modum eſſe ſpeciem idololatriæ, † veritatem ſcilicet ab elemento 503
aquæ exquirere, & idolum in ea fabricare, cum potius in rebus dubiis Deum conſulere debeamus, quod multis ibidem perſequitur & ſolidè contraria refellit, *cui concordat* D. Joh. Ewich, *Medicus quondam Bremenſis in tract* von den Hexen/ *fol.35.* Ubi ita effatur: **Was iſt dann diß Vngewöhnlich werck anders/ † dann** 504
eine Verſuchung Gottes/ oder ein Teufeliſch geſpött/ vnd einer Sorglichen vnd ärgerlichen Tragœdien anfang? Darvon ein Schertzer lachend geſagt/ daß dieſe Probier-Meiſter der Köche weiſe folgen/ dann wie dieſe die Cappaunen/ ſo ſie zur Mahlzeit bereiten/ erſt mit Waſſer reinigen/ darnach Bradten/ alſo rüſten Jene auch dem Moloch ſeine Gerichte vnnd Brand-Opffer zu/ ꝛc. Et fol. 41. concludit, hanc probationem Doctore † Satana ejusque aſſeclis carnificibus, 505
Idololatris, Sophiſtis & impiis Philoſophis eſſe ſtabilitã & introductam, *Quem allegat & ſequitur* Joh. Godelman. **In ſeinem Antwortſchreiben/** *quod extat lib.3. à princ. tract. de Mag. & Veneſic.* Ubi in hæc verba ſcribit: **Hierauff antwort ich rund vnd Teutſch/ das ſolches ein wieder-Rechtlicher vnd Teuffeliſcher gebrauch iſt/ vñ ein grewel † vor Gott dem Allerhöchſten/ das auch ſeine Göttliche Allmacht** 506
dardurch weniger nicht erzörnet werde/ alß wann zu vor die Kinder durch das Fewer gangen ſeind. Deuter. *cap.18.* Et *lib.3.c.4.n.23. & ſeqq. id pluribus perſequitur*, dicens, hanc eſſe communem Dd ſententiam, probationem iſtam prohibitam eſſe, proindeque omnes facultates Juridicas in Academiis Germaniæ ita ſtatuere. Et † furioſum hoc probationis genus appellat Franciſc. Hotoman. *Diſp.* 507
Feud. cap.44.n.6. Et nulla † ne quidem probabili ratione niti affirmat Hieron. 508
Treutl. *vol.2. diſp.4. theſ.7. lit.c.* Jodoc. Damhouder. *in Pract. crimin. cap.43.* Johan. Borcholt. *de Feud. cap.7.n.52.* Henr. Bocer. *IC. & Prof. celeberr. in Acad. Tübing. in tract. de Quæſt. & Tortura. cap.3. ſub n.101.* Lud. Gilhauſ. *in Arbor. crim. cap.2. lit.34. § 3. n.158.* Ubi dicit, Judicem qui furioſa illa & Diabolica exploratione utitur † actione 509
injuriarum conveniri poſſe, Joh. Scultet. *in lib. qui inſcribitur:* **Gründlicher bericht von Zauberey/** *cap.11. pag.m.243.* Ubi in hæc verba erumpit: † **Heydniſch/** 510
Tyranniſch/ Verführiſch vnd Teuffeliſch iſt ſolche Waſſerprüffe/ vbel thun vnd wollen muthwillig jrren/ vnd von dem Teuffel betrogen ſein/ die ſie wieder auffbringen vnd ernewren. *Et pag.246. & ſeqq. ubi ita concludit:* **Weil dann nun ſolche Waſſerprüff auß Jrthumb vnd Aberglauben † erfunden/ mit zuthun** 511
des Teuffels geſchicht/ Tyranniſch vnd betriglich iſt/ Gottes verſuchung vnd Straff auff ſich träget/ vnd in allen Geiſt- vnd Weltlichen Rechten alß Gottloß vnd gefehrlich verbotten/ ſo haben je die ſie noch gebrauchen zu jhrem Schutz nichts vor zu wenden/ ſondern müſſen jhre Vngerechtigkeit auch wieder jhren willen erkennen. *Hactenus ille.* Herman. Newalt. *quondam Prof. Acad. Helmſtadenſ. in Apolog. contra Epiſtol.* Scribon. *& quidem in præfat.* In hæc ſcribit verba: **Die**

meynung (nemlich von der Waſſerprüfe) in welcher Er (Scribonius) ſtecket / iſt
512 nicht allein ärgerlich / ſondern gereichet zu Gottes verachtunge / † iſt an jhr ſelbſt Vnehrlich vnd ſchädlich. Rationes quas auctores allegati adducunt, longum foret hîc adducere, ideoque ad ipſos ſcriptores nos remittimus.

Solent autem plerumque judices pro tuenda hac probationis ſpecie al-
513 legare † inveteratam conſuetudinem, quæ meritò pro lege cuſtodienda eſt, per Jura vulgata.

514 Reſpondet ad hoc argumentum Nicol. Papa, † Malam conſuetudinem tanquam pernicioſam corruptelam vitandam eſſe, *cap. mala conſuetudo, diſtinct.* 8.
515 Et dicit Auguſt. *lib. 3. de Baptiſm. contra Donatiſtas, cap. 6.* Quod † conſuetudo cedat veritati manifeſtæ: quia conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt. *inquit*
516 Cyprian. *in Epiſt. ad Pompei. & refertur in cap. conſuetudo, d. diſtinct.* 8. Et † ſana ratio exemplis anteponenda, *teſte* Auguſt. *in cap. ſana diſtinct.* 9. Ideoque Celſus JC.
517 Quod † non ratione, *inquit*, introductum, ſed errore primum, deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet, *l. qui non ratione, 36. ff. de Legib.*
518 Hinc Herman. Newalt. *in allegat. ſupra præfat.* **Das es / † *inquit*, eine alte gewohnheit ſey / iſt auß des Teuffels liſt vnd Affterey.** Johan. Scultet. *d. cap.* 11.
519 *pag. mihi* 241. ad hoc argumentum ita reſpondet, † **Gewohnheit gilt nicht wieder Warheit vnnd billichkeit: Hundert Jahr vnrecht iſt noch keine Stund recht / vnd was Anfänglich an jhm ſelbſt nicht taug / wird durch lange zeit nicht Gute gemacht. Sonſt möchten ſich ewre Hexen damit auch entſchuldigen / das ſolche vnthaten von anfang der Welt võ vielen vnd groſſen Leuthen begangen ſind / ꝛc.**

Et cum Dnn. N. N. in Apolog. ſua provocent ad Carolinas Conſtitutiones criminales, & proceſſum ſuum ex iis & jure communi juſtificare volunt, non opus eſt plura de ſuperſtitioſa iſta conſuetudine, & irrationali corruptela dicere. Conſtat enim jure communi iſtam probationem per aquam frigidam improbatam, † & altum de ea in Carolinis conſtitutionibus ſilentium exiſtere.
520 Ideoque in hoc etiam puncto, proceſſus iſte ex jure communi & conſtitutionibus Carolinis nullo modo juſtificari poteſt. Et cum in dictis Carolinis conſtitutionibus, accuratè indicia in crimine veneficii enumerentur, non eſt veriſimile hanc probationem per frigidam, ſi legalis & rationalis viſa fuiſſet legiſlatorem omiſiſſe.

521 *Decimo quintò*, non parum ſuſpectus redditur proceſſus, quod † quædam mulierculæ hoc modo per frigidam probatæ, quædam poſtea graviſſimè tortæ, in carcere exanimes & mortuæ repertæ ſint. Et quamvis in Inſtrumentis Apolog. Dnn. N. N. adjectis, Notarius atteſtetur, quod viſum fuerit chirurgis, collum iſtarum fœminarum fuiſſe fractum à Dæmone, tamen id ita pro certo affirmare non potuerunt. Quicquid autem ſit, ſuſpicione iſthæc non carent, *per ea quæ tradit* Joh. Wier. *in tract. ſuo de Sortileg. & Sag. lib. 6. cap.* 15. Johan. Scultet.
522 *in d. de tract.* **Von Zauberey.** *cap.* 11. *circ. fin.* Ubi addit, † ex hoc quod fœminæ veneficii

veneficii incuſatæ in carcere exanimes & ſibi ipſis manus intuliſſe reperiantur, non firmiter concludi eas fuiſſe Sagas : Quia hoc & alii fecerunt, utpote Ahitophel impius Abſalonis conſiliarius, Judas Chriſti proditor, qui tamen non fuerunt venefici. Et quòd Diabolus permiſſu Dei alios quàm veneficos & ſagas interfecerit, teſtantur 7. iſti mariti Saræ.

Neque incognitum eſt Melancholicos † & alios deſperationi deditos 523
ſibi ipſis non conſcientia ſceleris ſed vitæ tædio manus inferre, etiamſi nullis carceris vinculis conſtricti fuerint, qua de re habemus textum, *in l. ſi quis te, 2. C. qui teſtam. fac. poſſ.*

Fieri itaque etiam potuit, ut quædam ex his propter inflicta tormenta in deliquium inciderint & extinctæ ſint: quædam verò propter metum futurorum tormentorum ac ſqualorem carceris, doloris forſan impatientes, ut loquitur textus modò allegatus, ſe præcipites dederint. Siquidem doloris impatientibus major ſolet eſſe metus iſte tormentorum quàm mortis. Et apparet ex informatione nobis tranſmiſſa, Carnificem illius loci judicii agitati ad torquendas iſtas fœminas non potuiſſe ſatisfacere judici, ſed alium ex vicinia crudeliorum ad hoc negocium vocatum. Non itaq; leviter fuiſſe tortas fœminas, neque vanum aliarum nondum tortarum fuiſſe metum, vel inde colligi poteſt.

Decimo ſextò, ex informatione nobis tranſmiſſa apparet, poſt publicatam ſententiam puellam iſtam una cum patre delatore terminum & dilationem petiiſſe, utique ad effectum præparandæ defenſionis: à Judice verò illum denegatum fuiſſe. Et dicunt quidem in Apologia ſua Dnn. N. N. **Das es dero P. H. O. zuwieder / dieſer Dirne als einer durch jhre eygene Bekantnuß / auch Vrtheyl vnd Recht genungſamb convincirte Zäuberin / dilation vnd friſt / die nicht zu eygener jhrer defenſion geſucht / ſondern nur ſchlecht ohne einige Vrſach gebeten / zu indulgiren / *pag.* 20.**

Verùm cùm ex iis quæ ſupra deduximus ſatis liqueat, proceſſum iſtum contra puellam iſtam non ſervato juris & Carolinarũ Conſtitutionum ordine, nulliter fuiſſe agitatum, ipſamque inſecutam ſententiam † eodem morbo in- 524
fectam, executioni mandari illa non potuiſſet, cum ſententia nulla executionem non mereatur, *l. 1. §. ult. l. 4. §. condemnatum, ff. de re Iudic. l. ult. C. de ſentent. ex brevic. recit.* Clement. Paſtoralis, *circ. fin. de re Iudic.* Berthazol. *conſil. crimin. 79. per tot.* Matth. de Afflict. *Deciſ. 220. n. 9. Iunct. deciſ. 283.*

Et fruſtra ſe referunt in hoc puncto Dnn. Capitulares ad Carolinas conſtitutiones, cùm eas in plurimis capitulis & ipſis ſubſtantialibus hujus proceſſus omninò neglexerint, *l. auxilium, 37. in fin. ff. de minor. l. fin. §. 12. C. de jur. de liber.*

Neque in Carolinis conſtitutionibus invenimus ullo in loco cautum, puellæ minorenni 17. videlicet annorum non legitimè accuſatæ, à nullo defenſæ, ex ſola confeſſione, non habita diligenti inquiſitione circumſtantiarum loci, temporis, &c. condemnatæ, neque aliis argumentis & teſtibus convictæ,

provocanti & terminum defensionis petenti, eum esse denegandum. Quinimò
525 in hoc Carolinæ cōstitutiones † cum jure communi concordant, quod regulariter reum, nisi aliter de corpore delicti & circumstantiis confessis liquidò constet, morte mulctandum vel etiam torquendum vetet, ut suo loco deduximus. Indeque, quamvis
526 † quibusdam in locis corruptissimo judiciorum more, *ut dicit* Sichard. *ad l. 16. n. 14. C. de jur. de liber.* provocationes à criminali sententia non admittantur, sed statim executioni mandetur: tamen id ita rectè Dd, limi-
527 tant, † si reus delictum esset confessus, de quo etiam aliter quàm per ipsius confessionem liquebat, hoc enim fortè casu Judex non erraret, qui sententiam capitalem exequeretur intra tempus datum ad appellandum, *inquit* Bald. *in l. observare, §. proficisci post, n. 9. de offic. proconf. quem allegat & sequitur* Clar *in §. fin q. 96 n. 2.* Hieronym. Treutler. *Disput. uls. thes. 3. l. t. d. vol. 2. cui concordat text. in l. observare, 2. Cod. quorum appellat. non recip.*

Ubi Impp. Constantius & constans rescripserunt maleficos & veneficos tum demum post sententiam non esse audiendos, si argumentis convicti, testibus superati, voce etiam propria scelus confessi sint. Sed puellanostra neque argumentis fuit convicta, neque testibus superata, sed tantum delictum ita satis inconstanter & variè confessa adeoq; propter variationem contrarietatem & incertitudinem ne quidem voce sua convicta. Ideoque cum contra nudas istas confessiones magna ex parte notoriè falsas, erroneas, varias & incertas plurima deducere & innocentiam suam detegere potuisset, dato sibi defensionis termino, & defensore, in quo concedendo, ex supra dictis rationibus judicem non decuisset se ita difficilem reddere. Cum in mora modici temporis non
528 magna sit jactura, *teste* JC. Ulpian. *in l. 21. ff. de Iudic.* maximè ubi † agitur non de glande legenda, vel pecore pascēdo, sed de capite & vita hominis Daniel. *cap. 13. vers. 48. & seqq.* Hinc rectè ait Poëta:

Nulla unquam de vita hominis cunctatio longa est.

Quod vulgò ita versum:

Menschen Tödten ist ein grosse sach /
Man bedenck sich woll vnd thue gemach.

Item illud:

Man kan nimmer zu lang Rathschlagen /
Wann man vom Todt sententz soll sagen.

Et Divus Trajanus, Assiduo Severo rescripsit: Satius esse impunitum
529 relinqui † facinus nocentis, quam innocentem damnare, *teste* Ulpian. *in l. absentem, ff. de pœn.*

Indeque Justissimus Judex & scelerum vindex acerrimus Jehovah, Abrahamo patri credentium significavit, propter decem justos, toto Sodomorum multitudini & multis injustorum millibus parciturum si invenirentur, Genes. *cap. 18. vers. ult.*

Et

Et ſanè ſtolida hæc puella cum ante ſententiam in judicio non fuerit de capite accuſata, ætatis lubrico & facilitate ita varia & multa in ſui aliorumque damnum contra veritatem, patre delatore & ſuggeſtore, qui longè alium quam hunc ſperavit calumniarum & delationis crudelis exitum, faſſa eſt, quòd utiq; ſi rem ita de capite agi intellexiſſet, nunquam feciſſet.

Præterea licèt propter lubricum conſilii in petitione termini non expreſſerit, quod eum ad effectum formandæ & præparandæ ſuæ defenſionis & innocentiæ deducendæ petierit: tamen hæc utique non alia cauſa præſumenda erat judici, cum quis ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum velit, *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant ſent.* Cicer. *pro Milone.*

Decimo ſeptimò narratur in facti ſpecie, **das nach dem dieſem Mägdlein jhre vorige Bekantnüß Gerichtlich vorgeleſen / vnd ſie** ſine ullo cùratore & defenſore, **auff alle Articul mit Ja geantwortet / vnd darauff die Blutvrtheyl abgeleſen / hette ſo wol des Vnmündigen Mägdleins Vatter / alß ſie ſelbſten ſich höchlich beſchweret / ꝛc. Nichts do weniger aber die Vrtheyl exequirt.** Jam verò ex his apparet, tàm patrem puellæ, quàm ipſam puellam ſenſiſſe ſe ſententiæ illius aſperitate & iniquitate gravatam, adeoq; ad ſuperiorem provocaſſe, quod de Jure Civili etiam in criminalibus non ſolùm ipſi † reo damnato, ſed cuivis 530
etiam extraneo, tantò magis patri, expreſsè permiſſum, neq; ulla univerſali & pragmatica Lege prohibitum, *text. in l. notandum, 6. ff. de appellat.* Ubi JC. Ulpian. Non tantùm ei, inquit, qui ad ſupplicium ducitur, provocare permittitur: verum alii quoque nomine ejus, etiam ſine mandato, neq; diſtinguitur utrum neceſſarius ejus ſit, nec ne. Credo enim humanitatis ratione omnem provocantem audiri debere. *Et l. lege Iulia, 7. ff. ad L. Iul. de vi publ.* Ubi idem Ulpianus, Lege, inquit, Julia de vi publica tenetur, qui cum imperium poteſtatemvé haberet, civem Romanum adverſus provocationem necaverit, verberaverit, &c. *l. 2. ff. 2. §. de pœn.* Ubi idem Ulpian. Cùm, inquit, accipiemus damnatum qui non provocavit, cæterum ſi provocet nondum damnatus videtur *fac. l. 13. §. 2. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 6. §. 3. C. de appellat. l. 29. Cod. eod.* Ubi Impp. Arcad. & Honor. hanc addunt rationem: ut videlicet cauſa in appellationis Judicio diligentiùs examinetur, ubi contra hominis ſalutem, per errorem vel gratiam cognitoris oppreſſa putatur Juſtitia, *Iunct. l. 30. C. eod. l. 6. §. fin. C. de Epiſcop. aud. l. 2. C. ſi pendent, appellat. mors interv. cum ſimilib. latè.* Farinac. *de pœnis temperand. q. 101. num. 1. & ſeqq.* Et de Jure † Canonico Judicem non deferentem Appellationi, in cauſa cri- 531
minali ab officio deponi teſtatur, Nicol. Boër. *deciſ. 153. n. 4.*

Et quamvis ſint, qui ſtatuere non verentur, de generali & invetereta Germaniæ conſuetudine appellationes in criminalibus non recipi: tamen hîc probè obſervandum, † experientiſſimos Germaniæ JCtos ſimpliciter & in uni- 532
verſum appellationes in Germania ſublatas eſſe, in criminalibus, nuſquam reſpondere, ſed temperamento adhibito reſtrictè ſcribere, *in pleriſq;* Germaniæ

locis appellationes non recipi, Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de appellat. recip. nu. 3. junct. his quæ tradit idem conſil. 43. n. 131.* Erneſt. Cothman. *conſil. 4. n. 82. vol. 3.*

533 Item per Germaniam † *quodammodo* receptum eſſe, ne in cauſis criminalibus appelletur, Johan. Ferar. *in tract. de appellat. lib. 1. c. 5. num. 58.* Daniel. Moller.

534 *lib. 4. ſemeſtr. n. 1. & ſeqq.* Ubi teſtatur non ſolùm in † ditionibus omnibus Electorum & Ducum Saxoniæ, quæ pars ſunt Germaniæ non exigua, appellationes in cauſis criminalibus admitti, ſed alibi etiam in Germania ita obſervari. Atq, ita facultatem Juridicam Marpurgenſem, à Duce Megapolitano conſultam reſpondiſſe, & ſecundùm reſponſum prædictum Celſiſſimum Ducem pronunciaſſe, *teſtatur* Erneſt. Cothman. *conſil. 16. n. 162. vol. 1.*

535 Idque etiam † ita ex ordinatione curiali Pomeranica obtinere, ac in eandem ſententiam Facultatem Juridicam in Academia Roſtochienſi reſpondiſſe, *teſtatur idem* Cothman. *conſil. 4. n. 84 & 85. vol. 3.* Ita & Facultatem Juridicam in Academia Giſſena, de caſu criminali ex Ducatu Brunſuicenſi conſultam de Jure reſpondiſſe, *teſtatur* Henric. Rebelkrâ / *quæſt. 21.* Rütger. Ruland. *in tract. de*

536 *Commiſſar. & commiſſion. part. 1. lib. 2. cap. 3. ſub n. 8.* Ubi appellationes † in criminalibus paſſim recipi teſtatur in Sabaudia, quæ Imperii Romani eſt provincia, R. A. zu Speyer / *de Anno 1544. in pr. & de Anno 1541. §.* Nach dem aber in dem Sleidan. *lib. 10. comment.* Appellationes in criminalibus, & in ſpecie in Veneficii crimine recipi teſtatur Anton. Fab. *in Cod. rerum in Sabaud. Iudic. lib. 9. tit. 12. defin. 1. & 2.*

537 Cùm itaque † de jure aperto & manifeſto, in criminalibus appellatio ſit permiſſa, allegans de conſuetudine locum non habere, ipſam in eo ipſo loco, in quo prætenditur illa vigere, probare debet, ex quo regula eſt in contrarium, *per doctrin. gl. in l. omnis definitio, ff. de Reg. Iur.* Johan. Fichard. *conſil. 36. n. 5.* Erneſtus Cothman. *conſil. 24. n. 7. 8. vol. 1.* Incertum autem eſt, num talem conſuetudinem contra jura ſcripta Domini N. N. in illo judicii ſui loco probare poſſint. Neq;

538 ſufficeret probare ſolùm non uſum, † ſed neceſſe eſt ut probetur, & caſus tales contigiſſe, vel contradicto judicio vel actibus, longo retrò tempore obſervatis, contrarium introductum, Cyn. *ad l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* Bart. *in §. anteà in proœm. ff.* Proſper. Farinac. *1. conſil. 30. n. 108.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 99. num. 7. & ſeqq.* Hieronym. Schurff. *3. Conſil. 47. per tot.* Honded. *1. conſil. 110. num. 22.* Hugo Donell. *lib. 1. comment. cap. 10.* Ubi eleganter deducit ad tollendam legem veterem, non ſufficere eâ non uti, niſi etiam contrario facto populus declaret, eam ſibi improbari.

539 Verum † pro ratione dubitandi urgens militat fundamentum, quod deſumitur ex noviſſimis Imperii Conſtitutionibus, in quibus indefinitè refertur, inveteratam eſſe Germaniæ conſuetudinem, in criminalibus appellationes non admitti, R. A. zu Augſpurg / *de An. 1530. §.* Item / als jetzt etliche Zeithero / ꝛc.

540 *Ordinat. Camer. part. 2. cap. 28.* Ex quibus † apparet, non ſolùm illam eſſe Germa-

niæ

niæ consuetudinem, sed etiam eam ipsam pragmatica Imperii Lege comprobatam, atque ita sub testimonio hoc comprobant, Mynsing. 4. *observ.* 41. Geil. 1. *observat.* 1. *n.* 28.

Ad hæc *Respondetur* I. Publicas istas Imperii Constitutiones † principaliter ad Imperiale pertinere tribunal, uti modo citati loci & interpretes ostendunt & docent. Ernest. Cothman. *consil.* 14. *n.* 9. *& consil.* 16. *n.* 158. *vol.* 1. Cùm † verò juris communis correctoria sit lex, restrictè accipi debet, neq; de loco ad locum, neq; de tribunali ad tribunal extendenda, *l. jus singulare, ff. de legib.* Francisc. Aretin. *consil.* 44. *n.* 1. Hippol. Riminald. *consil.* 350. *num.* 7. *lib.* 3. Et in specie, quòd statuta & consuetudines tollentes appellationes † in causis criminalibus, tanquam non solùm Juris Civilis, sed etiam quodammodo naturalis, correctoriæ non extendēdæ, sed quoad ejus fieri potest, restringendæ sint, *testatur* Ludolph. Schrader. *inter consil. var. German. consil.* 40. *nu.* 81. *part.* 1. *quem ad hoc allegat* Daniel. Moller. 4. *semestr. d. c.* 33. *n.* 2. § 41

II. *Respondemus*, † verba illa allegatarum constitutionum, in hoc quidem esse dispositiva, ne in Camera recipiantur appellationes causarum criminalium, quantum verò ad allegatam in iis consuetudinem attinet, planè sunt narrativa & relativa, cum in iis de tali jure non disponatur, sed saltem narretur, talem in Germania esse consuetudinem. Verba † autem legis narrativa, Jus non faciunt, *l. non Epistolis, l. non nudis adseverationibus, C. de prob.* Bart. *in l. quiv olebat, ff. de hered. instit.* Jas. *ad l. ex his, & per ill. text. n.* 2. *C. de milit. testam.* Maximè quando in † correctoriis juris & odiosis, ut hoc casu versamur, *cap.* 1. *in fin. de fil. præstit.* Tiber. Decian. *resp.* 120. *n.* 17. *vol.* 3. Surd. *consil.* 168. *n.* 47. Johan. Gœdd. *cons. Marp.* 26. *num.* 120. *vol.* 1. Idq; † tantò magis obtinet, quando principaliter contingit dubitare de eo, quòd in facto præsupponitur, & enunciatur, *uti declarat* Alex. *consil.* 21. *vol.* 1. *& consil.* 136. *col.* 7. *eod. vol.* Bald. *in l. ad probationem, C. de locat.* § 42 § 43 § 44 § 45 § 46 § 47

Jam verò hic contingit dubium, de ea ipsa universali, quæ *in dd. constitut.* enunciatur, consuetudine, & ex iis, quæ deducta sunt, patet in universa Saxonia, item in Ducatu Megapolitano, Pomerania, & aliis locis Germaniæ, istam consuetudinem non obtinere, sed Jus commune, adhuc dum circa recipiendas appellationes causarum criminalium observari: Ideoque generaliter ad omnia Germaniæ loca, salva veritatis substantiâ, quæ nudis adsertionibus non vitiatur, *l. illicitas*, §. 1. *ff. de offic. præsid.* inferri non potest, † cum vel una data instantia argumenti generalis nervus incidatur, *l. is qui*, §. *ego, &* §. *quæsitum, ff. qui vi aut clam*, §. *pavonum, instit. de rer. divis.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 6. *n.* 43. § 48

Quamobrem cum istæ constitutiones se referant ad consuetudinē † Germaniæ, quam non in omnibus locis obtinere expeditum est, eatenus obtinent, quatenus probari potest, in hoc vel in illo loco Germaniæ per consuetudinem inveteratam, Jus commune abrogatum esse: Quia eatenus creditur referenti, quatenus reperitur in relato. *Auth. si quis in aliquo, Cod. de edend. l. in testamento, ff. de condit.* § 49

condit. & demonstrat. gl. in c. 1. de fid. instrum. Specul. *de instrum. edit. § restat. col. fin. vers. pen.* Herm. Vult. *consil. Marp. 16. num. 24.* adeò ut si referenti † aliud insertum sit, quàm in relato deprehenditur, id per incogitantiam & errorem factum præsumatur, *uti declarat* Decian. *consil. 63. n. 6. vers. nec obstat. Quem ad hoc allegat* Menoch. *consil. 1. n. 95. & 96.* Vicent. Honded. *2. consil. 69. n. 79.* Surd. *consil. 381. num. 24.* Et veritas † quomodocunq; apparet, prævalere debet opinioni, & ei innixæ assertioni. Socin. Jun. *consil. 180. n. 82. & 84. lib. 2.* Tiber. Decian. *consil. 33. n. 63. lib. 1.*

III. *Respondemus* per assertionem † & summi Legislatoris & Principis, etiam in lege pragmatica, factæ non probari consuetudines speciales locorum, utpote in nudo & mero facto consistentes, *text. est apertus in cap. 1. de constit. in 6.* Ubi valde accommodatè, & in terminis nostris Bonifac. 8. ita constituit: Licèt Romanus Pontifex, qui omnia Jura in scrinio pectoris sui censetur habere, constitutionem condendo posteriorem, priorem revocare noscatur: Quia tamen locorum specialium & personarum singularium consuetudines & statuta, cum sint facti & in facto consistant, potest probabiliter ignorare: ipsis dum tamen sint rationabilia, per constitutionem à se noviter editam (nisi id expressè caveatur in ipsa,) non intelligitur in aliquo derogare. In quo textu satis apertè cavetur, † in probatione consuetudinis, tanquam dubio facti, etiam summum Principem errare posse, *& ita infert hunc text.* Petr. Foller. *in constit. regn.* Sicil. *tit. de offic. Iustitiar. n. 9.* Roch. Curt. *de consuetud. sect. 8. n. 9. Et post hos ita decisivè ponderavit hunc text. Dn. referens in caus.* Biermundt *contra* Biermundt, *apud* Meichsn. *decis. Camer. 14. n. 62. & seqq. Tom. 3.* Ubi † concludit principi aliquid affirmanti quod juris est, ejus assertioni standum esse, secus in iis quæ facti sunt, *per tradita* Socin. Sen. *consil. 87. nu. 18. lib. 3.* Præsertim † cum ex quotidiano rerum usu appareat, quamlibet ditionem, civitatem, imò quemlibet ferè vicum peculiares suas habere consuetudines, Bender. *in tract. de revis. conclus. 33. n. 16.* Quas Princeps etiam prudentissimus ignorare potest probabiliter, *d. cap. 1. de constit. in 6. Iunct. l. 2. ff. de jur. & fact. ignorat.*

Quamobrem, nisi illam consuetudinem in specie in illo loco, contra Jus inductam Domini N. N. probare possent, vel nisi ab iis immediatè ad Cameram, & non Reverendissimum loci Episcopum provocationes procedunt, de quo nobis non constat, humanitatis ratione & urgente auctoritate, admittere puellæ hujus, ejusq; parentis provocationem debuissent. Præterea quicquid sit de illa consuetudine, & lege imperii, prohibente appellationes causarum criminalium, in Camera, † certum tamen est Nullitatis querelam in causis criminalibus, in Camera admitti, & aliquoties desuper processus decretos. *Ordinat. Camer. part. 1. tit. 28.* Mynsinger. *4. observat. 42.* Roding. *in Pandect. Cameralib. lib. 1. cap. 29.* Rütger. Ruland. *de Commissar. & commission. part. 1. lib. 2. cap. 3. num. 2.* Geil. *1. obs. 1. n. 28.* Tob. Paurmeist. *de Iurisd. Imper. Rom. lib. 2. cap. 4. num. 155.* Bender. *de revis. conclus. 33. n. 30.*

Cùm

Cùm itaq; tàm puella ipsa quàm pater ejus suspendi executionem petierint, adeq; ipso facto provocaverint, dubium non est, propter notorias ex prima Actorum inspectione apparentes iniquitates, videlicet quòd puella minorennis in Judicio Criminali indefensa, nulla prævia accusatione, nullo ei dato curatore, ex nudis confessionibus, iisque variis, magna ex parte erroneis, falsis, contrariis & incertis, omissa diligenti loci, temporis, aliarumq; circumstantiarum inquisitione graviori quàm Carolina vult Constitutio, pœna damnata sit, talem provocationem à superiori receptam fuisse, ac Judicem loci suspensa executione, coram Judice superiori, in termino citationis comparere, & legitimè processum esse, per acta criminalia docere debuisse, *per tradita* Geil. *d obs. 1. n. 28.* Ernest. Cothman. *consil. 29. n. 473. vol. 3.* Hoc cum non fecerit Judex loci, puellæ defensionem ab ipsa natura monstratam, notoriè erroneas & falsas confessiones convellendi eripuit, superioris etiam jurisdictionem contempsit & violavit.

Denique tradunt *Dd.* † etiamsi statuto vel consuetudine expressè prohi- 557
beatur in criminalibus Appellatio & Nullitatis querela: tamen hoc non procedere, si constet ex actis de manifesta sententiæ injustitia & nullitate notoria, *gl. Abb. & alii, in c. ex conquestione, de restit. spoliat.* Marsil. *consil. 64. n. 20. cum plurib. seqq.* Vant. *de Nullitat. tit. ex defect. Iurisd. n. 4. & 5 quos & alios in terminis nostris ad hoc allegat & multis persequitur* Berthazol. *consil. crimin. 79. num. 1. 2. 3. & seqq.* Item † quod 558
appellatione prohibitâ nihilominus appellare quis queat, ex causa justa, quam acta monstrent & notoriam faciant, Tyraquell. *in tract le mort saisit le vif in 6 part. declarat. 6. in princ. num 4.* Lancellot. *de attentat. part. 2. tit. de attentat. appellat. pendent. cap. 12. num. 57. Quos in terminis nostris ita citat & sequitur* Ernest. Cothman. *consil. 16. num. 156. vol. 3.* Quin autem ex actis appareat, puellam hanc ejusq; patrem justissimam propter enumeratas supra nullitates & injustitiam provocandi, sanguinemque suum juvenili facilitate, & erroneis confessionibus periclitantem, redimendi causam habuisse, dubium nemini esse poterit.

Decimooctavò considerando jam processum istum, quatenus Nobilissimam Dominam viduam, ejusq; filiam implicat, & inquisitionem ejusq; publicationem contra eas concernit: certum est, illum nullitates palpabiles involvere, & contra aperta Jura institutum esse.

Ubi *Primò* præsupponimus, † inquisitionem specialem contra certam 559
personam, qualis hæc contra Dominam viduam fuit, esse de genere prohibitorum: quia regulariter à Jure prohibita est, nisi in casibus à Jure expressis, *secund.* Bald. *consil. 124. col. 2. vol. 5. quem ad hoc allegat* Robert. Marant. *part. 6. rubr. de inquisitione, n. 6.* Maximè † contra personas & Matronas Nobiles, pietate & vitæ ho- 560
nestate conspicuas, in quas suspicio inquisiti criminis non cadebat, *cap. cum oporteat, c. qualiter & quando, extr. de accusat. Constit. Crimin. artic. 25. vers.* Erstlich/ ob der Verdachte eine solche verwegene vnnd leichtfertige Person/ von böſem Leymuth

oder Gerücht sey / das man sich der Missethat zu jhr versehen möge / ꝛc. *Iunct. artic.31.verf.*zum Vierten/ ꝛc.

561 *Secundò* † certi ac indubitati juris est, inquisitionem speciale m piè, ritè & legitimè institutam & formatam non censeri, nisi præcedentibus indiciis urgentibus,vel diffamatione, quæ ortum habuit à personis fide dignis & honestis,*text.in d.c.cum oporteat, c.qualiter & quando, de accusat. c. inquisitionis, §.tertia,eod. cap.licet*, Heli *extr.de* Simon.*l.*1.§.*idem* Cornelio,§.Divus Severus *ff.de quæst. Const. Crim.*Carol.V.*artic.6.in princ.*Marſ.*in practic.crim.*§. 2.*nu.* 87.Boſſ. *in tit. de inquisit. num.*21.Menoch.*de arbitrar.q.*78.*num.*1.*lib.*1.Clar.§.*fin.q.*5. *&* 6.Prosper.Farinac. *consil.*86.*n.*61.*in fin.*Berthazol.*consil.*557.*n.*1.Erneſt.Cothman.*cons.*29.*n.*125.*vol.*3.

562 Etiam † stante statuto, quòd Judex in criminalibus liberè possit procedere, tamen non posset inquirere fama non præcedente, contrà non diffamatum, Jaſ.*in l.milites,C.de testam. milit.* Dec.*consil.*175.*col.*2.*verſ.non obstat.* Roland.à Valle,*consil.*3.*n.*11.*vol.*3 *&* *n.*18.*ibid.* ubi dicit, hanc conclusionem servare totum mundum, sive inquisitio ex Jure Civili, sive ex Jure Canonico, sive ex consuetudine,sive ex mero formetur arbitrio, Cravett. *consil.* 238. *n.* 11.Burſat.*consil.*94. *num.*38.*lib.*1.Cothman.*d.consil.*29.*n.*128.

563 Quin imò illa † diffamatio præterquam quòd à fide dignis ortum habeat, debet esse crebra, ita quod generet scandalum,& quod ad eam amplius connivere nequeat, *d.c.qualiter & quando*, Gandin. *de malefic. verb. quod vel à quibus, nu.*11. Socin.Jun *consil.*37.*in princ. vol.*2. Ruin.*consil.* 147. *in pr. vol.*5. Ita,quaſi videatur populus ipse diffamatum, tanquam reum criminis deferre Judici, *ut in his noſtris terminis & veneficii crimine notat* Godelman.*de Mag.& Venefic.lib.*3.*cap.*3.*n.*6. 7.*&* 8. Atq; de illa diffamatione ex actis publicis constare debet. Honded. 1. *consil.*108. *num.*12. Berthazol.*consil.crim.*341.*n.* 29.

564 Ideoq; † Judice sine diffamatione inquirente, non solùm ipsa inquisitio redditur nulla, sed etiam is tenetur inquisito ad expensas, & contrà eum præsumitur de calumnia,Pariſ.de Put.*tractat.Syndic. verb.inquisitio*, *col.*2.*&* 6.Robert. Marant.*part.*6.*tit.de inquisit.n.*31,*allegans ad hoc* Bald.*in l.ſancimus*, 15.*col.fin.C.de Iud.* Roland.*d.consil.*3 *n.*13.

At in nostro casu, nulla contra Dominam viduam ejusq; filiam de veneficii crimine præcessit diffamatio,neque ulla alia indicia. quæ ortum traxerint à fide dignis, sed à puellæ illius patre homine malevolo & calumniatore leviſſimo,qui enormia hæc delicta falsiſſima, de Domina vidua ejusq; filia, typo malitiæ, non verò justitiæ & veritatis zelo ductus, Judici intimavit,*ut loquitur* Pontifex,*in d.c.cum oporteat*,*verſ.verum dictus de accusat.*

565 Judicem † autem ad hominis unius ejusq; leviſſimi & malevoli delationem nullâ præcedente diffamatione, contra honestam personam inquirere di-
566 sertè vetat,*text.in d.cap.cum oporteat*,*ibi*: Discretioni † vestræ mandamus,nisi superprædictis (non obstante delatione illo casu facta) famam ipsius læsam esse noveritis,

noveritis, vos ad inquisitionem non subitò procedatis, *concord. Constitut. Crimin. Carol. art. 6. in pr. & artic. 25. ibi.* **das solches nicht von Feinden oder leichtfertigen Leuten/sondern von Unpartheyligen kommen.**

Et Judicem † sine indiciis, de personis maximè honestis inquirentem, 567
non tantùm injuriâ inquisitum afficere, sed eo ampliùs graviter puniri posse, &
non Judicis sed canis nomen mereri, *apertè scribit*, Raphaël. Fulgos. *consil. 106. num. 2. uti eum allegat & sequitur* Cothman. *consil. 7. n. 47. vol. 1.* Neque enim † Ju- 568
dicem ad delationem cujusq; hominis levissimi, ita inquirendo oportet vagari
cum discrimine alienæ existimationis, *ut loquitur* Ulpian. *in l. Prætor. 7. in pr ff. de injur.* Neque honestarum personarum famam & salutem infimorum & male-
volorum arbitrio committere, *l. unius, § servo ff. de quæstion.*

Imò tantum abest, ut talia † hominum leviorum de viris bonis & nobi- 569
libus ac honestis matronis crimen spargentium testimonia contra hos, proba-
tionem aliquam certam faciant, *l. 1. § 5. § 17. & 19. ff. de quæstion. c. 1. extr. de confess.* Wesenbec. *consil 98. n. 11.* Ut ne quidem sinistra eos gravent opinione, *l. 1. § si servi quasi sceleris participes ff. de quæst.* Ernest. Cothman. *d. consil. 29. n. 105. & seqq.*

Quare cùm in casu præsenti, ad solam cæmentarii illius puellæ nostræ pa-
tris & novercæ delationem notoriè falsam & frivolam, non præcedente diffa-
matione, vel aliis urgentibus indiciis, ad inquisitionem specialem contra Do-
minam viduam ejusq; filiam processerint, interrogando super articulis delatis
puellam, eiq; contra juris ordinem suggerendo, dubium non est, inquisitionem
illam ipso jure nullam esse, *per text. in d. cap. cum oporteat, & c. qualiter & quando, de accusat.* Farinac. *in pr. crim q. 1. n. 40.* Decian. *in tract. crim lib. 5. c. 29. n. 41.* In tantum
quòd hujusmodi † inquisitionis Nullitas, ex defectu indiciorum descendens, 570
omnia acta post facta pariter inficiat, nullaque reddat, etiamsi de crimine ex-
cepto agatur, Roland. à Valle *consil. 51. n. 23. vol. 1.* Farinac. *d. q. 1. num. 44.* Honded. *consil. 108. num. 13. lib. 1. quos ad hoc allegat* Facultas Juridica Colonien. *in consil. quod extat inter consil.* Cothman. *post. 29. n. 119. vol. 3.*

Præterea tanto minùs cæmentarii hujus hominis levissimi & infimæ sor-
tis, delationi falsissimæ, contra Dominam viduam ejusq; filiam habentes apud
omnes cordatos pietatis & honestatis testimonium luculentum, ut suprà in se-
cundæ quæstionis resolutione *num. 182. & mult. seqq* probavimus, Judex credere
debuisset, cum nullam aliam delationis suæ rationem reddere potuit, quam
hanc, quòd à puella ista stolida, minorenni, pessimè educata, à Diabolo corpo-
raliter obsessa, & quæ se falsò criminis sociam dixerat, audiverit & perceperit,
quæ non solùm propter multos, imò plurimos defectus, suprà in secundæ quæ-
stionis resolutione *n. 200. & aliquot seqq.* enumeratos, testimonium contra Do-
minam viduam, ferre non potuit; sed etiam interrogata à Judice, hanc dicti
sui ineptissimam rationem adduxit, se à Diabolo audivisse, Dominam viduam
ejusq; filiam, esse in consortio Sagarum, quamvis postea variando & contradi-

cendo sibi aliam dicti rationem attulerit, Itaque primus hujus diffamationis auctor fuit Diabolus, deinde calumniantium malignitas, & temeraria Judicis crudelitas: Et neq; puella ista, neq; pater ejus fide digni & integri fuêre ad inducendam diffamationem, & sufficientia ad inquirendum indicia, qua de re suprà latiùs egimus. Et ad probandam talem famam, quæ viam aperit inquisitioni non sufficit testem dicere, se audivisse ab una & stolida quadam puella à Diabolo delusa, & pro obsessa habita, quævé Diabolum dicti auctorem alle-
571 get: † sed à majori populi parte ejus loci, in quo fama spargitur, Bart. *in l. de minore, §. plurimum, n.* 14. *ff. de minor.* Bald. *in rubr. n* 5. *C. de probat.* Paris. *consil.* 153. *num.* 13. *part.* 4. Bursat, *consil.* 192. *n* 31. *vol.* 2. Natt. *consil.* 388. *n.* 3. Quibus & hoc addimus,
572 quòd de Jure † minor non possit esse denunciator maleficiorum, Dyn. *in l. de pupillo, ff. de nov. oper. nunc. quem ref. rt & sequitur* Bald. *in l. in pr. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 22.

Si itaque minor non est idoneus denunciator ad effectum formandæ in-
573 quisitionis specialis, † neq; is, qui non nisi à minore se id audivisse asserit, idoneus denũciator erit ad inquirendum, cùm non plus credatur deferenti, quàm auctori ejus, nec plus copiæ, quàm originali, *per tradita* Honded. *1. consil.* 102. *n.* 58.
574 quia ex causæ † primæ influxu operatur secunda, Zas. 2. *consil.* 1. *num.* 107. Geil. 2. *observ.* 1. *n.* 8. neq; plus est in causato, quàm procedit ab influente potentia causæ,
575 Bald. *in l.* 1. *ff. de Senator l.* 1. *c. de dignit.* Et causâ prima † infectâ, secunda etiam inficitur, quia gubernatur à prima, Cravett. *consil.* 1. *pro gener. n.* 402.

Deinde puella hæc professa est, se sociam criminis, & ut talem, Dominam
576 viduam falsò indicavit. Atqui dictum † socii criminis famâ non præcedente, non est sufficiens ad inquirendum Judicium, maximè contra personas Nobiles & honestas, in quas suspicio tàm gravis delicti non cadit, Hippolit de Marsil. *in practic crimin. § constanter, n.* 93. *& in § diligenter, n.* 67. *& consil.* 35. *n.* 52. Plot *in repet. l. si quando,* 16. § 4. *num.* 24. *C. unde vi, ubi testatur de communi,* Berthazol. *consil. crimin.* 556. *nu.* 9. *junct. n.* 15. Roland. à Valle *consil.* 51. *num.* 25. *& seqq. vol.* 1. Robert. Marant. *in spec. part.* 6. *tit. de inquisit. n.* 23. Ubi dicit rationem hujus esse expeditam;
577 quia † fama debet procedere à fide dignis & honestis. Socii autem criminis non sunt tales. Ergò non præcedente fama vel aliis indiciis, dictum socii criminis non sufficit ad inquirendum, *Constit. Crimin. art.* 25. §. Erstlich/ *art* 31. §. zum
578 Vierdten/ &c. Quibus & hoc accedit, quòd in genere † fœminarum narrationes non censeantur fide dignæ, & tales, quibus tutò insistere licet, *ut post* Barbat. & Tyraquell. *tenet* Anton. Gabriel. *com. concluf. lib.* 7. *concluf.* 8. *n.* 42.

Et quamvis Farinac. *q.* 43. *n.* 130. Clar. *quæst.* 21. *n.* 6. & alii statuant, dictum socii criminis facere indicium ad inqurendum, id tamen, si ipsi ita declarant,
579 locum habere, † quando contra socium talem nihil aliud opponi posset, quàm quod se socium criminis fecerit. At si alios præterea defectus patiatur, & aliis etiam de causis sit inhabilis, nullam omninò fidem facit, etiam in criminibus

exceptis,

exceptis, sed in totum repellitur, *ut per doctrinam* Angel. *in l. qui in Iudicio, ff. de accusat. tradunt* Marsil. *consil.* 74. *num.* 23. Grammat. *consil.* 38 *num.* 9. *Consil.* 35. *nu.* 27. Roland. à Vall. *d. consil.* 3. *n.* 31. 32. 33. *vol.* 3. Facult. Juridic. Colonien. *d. consil. n.* 135. Et hanc declarationem cõmuniter approbatam *ex* Laurent. Hircon. Riminald. *& aliis dicit* Vincent. Honded. *consil.* 93. *num.* 38. *& seq. vol.* 2. *quod latius per sequitur* Farinac. *d. q.* 43. *nu.* 178. Ubi inter alia † de defectu socii criminis qui est minor, 580
quod is repellatur, *& in iisdem terminis de minore ita sequitur* Roland. *d. consil.* 3. *n.* 26. *&* 27. Berthazol. *consil. crimin.* 565. *n.* 14. Ubi de socio † criminis vario & sibi ipsi 581
contrario, quod is non faciat indicium, neque ad inquisitionem neque ad torturam, Bursat. *consil.* 204. *n.* 62. Berthazol. *consil.* 40. *n.* 12. *lib.* 1.

Jam verò præter ætatis defectum & variam ac inconstantem hujus puellæ depositionem, multi alii suprà adducti sunt defectus, quod videlicet communiter habita fuerit pro obsessa, quod Diabolus multa & varia per os ejus fuerit locutus, quod fuerit malè educata, malè custodita, & à patre aliisque calumniatoribus ad diffamandas honestas personas instigata, quod rationem dicti reddiderit talem, ex qua non nisi falsitas & calumnia colligi potuit.

Denique tanto minus hujus puellæ dictum nocere potuit Dominæ viduæ ejusque filiæ, quod illa neque mediante, juramento, neque tortura ut socia criminis illud deposuerit, quòd tamen jura nostra postulant, ut aliqua fides socio criminis haberi debeat.

Decima nona, Nullitas ex hisce jam præmissis colligitur, quod sicuti Directores hujus processus criminalis, ex sola delatione hominis levissimi, qui id se audivisse dixit à puella nostra stolida, multis modis ad veritatis testimonium inhabili, quæque dicti sui auctorem Diabolum allegavit, non præcedente diffamatione aut ullis aliis legitimis & ad inquisitionem sufficientibus indiciis contra Nobilissimam Dominam viduam ejusque filiam, nec ritè, nec piè, nec legaliter inquirere, neque eas inter reos criminum in Protocollum suum referre potuerunt vel debuerunt: ita tanto minus debuerint falsissimas istas delationes & delicta tam atrocia de Domina vidua ejusque filia, per meram suggestionem elicita, & contra juris ordinem in Protocollum relata, in prædictæ Dominæ viduæ, ejusque filiæ ac totius familiæ dedecus & ignominiam, in judicio, quod officina justitiæ & veritatis esse debet, publicare, licet suppressis id fecerint nominibus, iis tamen circumstantiis, ut quivis facilè intellexerit ista de Domina vidua ejusque filia publicari: Insuper ipsam puellam aliquoties Dominam viduam ejusque filiam in ipsa publicatione nominasse & proclamasse, constat, quibus omnibus Judex nulliter & contra juris ordinem procedendo ansam & occasionem præbuit.

Summa itaque hujus argumenti est: † Quando Judex non potest contra 582
aliquem sine evidenti nullitate de jure formare processum inquisitionis specialis, tunc etiam nec potest nec debet ea quæ contra juris ordinem inquirendo

congeſſit, maximè inquiſito deſuper non audito, publicare, cum inquiſiti honor & fama inde magis quàm ex ipſa inquiſitione lædi poſſit, & hoc noſtro caſu de facto Dominæ viduæ fama inde à malevolis lacerata ſit.

Viceſimò, poſito ita, citra tamen veritatis præjudicium, Dominos Directores hujus proceſſus ad ſolam delationem leviſſimi iſtius cæmentarii, juſtè potuiſſe inquirere contra Dominam viduam ejuſque filiam easque referre inter reos criminum capitalium, quod jure eos non potuiſſe modò demonſtratum
583 eſt, † eo tamen caſu publicari ille proceſſus in quantum concernebat Dominam viduam ejuſque filiam, iis inauditis & ad hoc non citatis nullo modo de-
584 buiſſet. Idque ex hac juris ratione inevitabili & regula certiſſima: † Quotiescunque aliquis ex actu qui geritur lædi, & contradicere poteſt, toties vocandus eſt. *text. in l. de unoquoque & ibi gloſ. &* Zaſ. *ff. de re iudic. l. nam ita, 39. ibi, adhibitis etiam his qui contradicent, id eſt qui læderentur, ff. de adopt.* Hieron. Schurff. 1. *conſil.* 9. Geil. 1. *obſ.* 48. *n.* 1. Mynſing. *obſ.* 6. *n.* 1. *cent.* 6.

585 Quod etiam † in ſummo procedit Principe, qui licèt legibus ſit ſolutus, contra abſentem tamen & non vocatum procedere, & aliquid in ejus damnum & præjudicium decernere non poteſt. *per text. ad hoc ſingular. in Clement. Paſtoralis,*
586 *de re iudic. l. ult. C. ſi per vim vel alio modo, l. ult. ff. de natal. reſtit. cum ſimilibus.* Idque † juri divino congruit, Geneſ. *cap.* 18. *v.* 21. *cap. Deus omnipotens, 2. quæſt.* 1. *cap. quodlibet & quando, extr. de accuſat.*

Et hunc proceſſum ipſe Jehova ſupremus Judex in Paradiſo judicibus hujus ſeculi monſtravit, dum primos noſtros parentes legis tranſgreſſores prius ad proceſſum inquiſitionis vocavit, & quamvis ſciret, illis defenſiones legitimas non competere, tamen eas quas protulerunt audivit, iisque demum auditis ſententiam publicavit, Geneſ. *cap.* 3. *v.* 9. *& ſeqq.*

587 Eſt enim † citatio ſpecies defenſionis, quæ ex ipſius naturæ promanat
588 fontibus, *arg. l. ut vim, cum ſimilibus, ff. de Iuſt. & jur.* Et † nemini denegan-
589 da, *l. defenſionis facultas, & ibi Dd. ff. de jur. Fiſc.* Ne † quidem Diabolo, ſi foret in judicio,
590 *ut loquuntur Dd. &* Rot. Roman. *Deciſ.* 364. Indeque † nec ſtylo nec ulla conſuetudine induci poſſet, ut citatio in actu, in quo quis lædi & contradicere poteſt, omittatur. Alexand. poſt Bald. *in l. ſi ſic. ſub n.* 18. *ff. de legat.* 1. Peregrin. *inſt. conſ.* Farinac. *lib.* 1. *conſil.* 85. *n.* 21.

591 Quamobrem † nullitas ex defectu citationis proveniens inter omnes alias cenſetur potentiſſima Vant. *de Nullitat. tit. de defect. citat.* Certum autem eſt, ex hac inquiſitione, ejuſque publicatione, Dominam viduam ejuſque filiam & totam familiam lædi & contradicere potuiſſe, prout etiam de facto læſæ ſunt:
592 Ideoque † antequam ille proceſſus in vulgus, & delicta falſa pro veris in judicio de iis publicarentur omninò eas prius vocare, & ſuper capitulis delationis audire Judex, juris neceſſitate obſtrictus fuit, *qua de re text. in terminis eſt, d. cap. qualiter & quando, poſt med. ibi.*

Debet

Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi per » contumaciam se absentaverit: & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fue- » rit inquirendum, ut facultatem habeat se defendendi: & non solùm dicta, sed » etiam nomina ipsa testium sunt ei (ut quid, & à quo sit dictum apparet) publi- » canda, nec non exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ: Nec per » *suppressionem* nominum infamandi, per exceptionum verò exclusionem, depo- » nendi falsum audacia præbeatur. Et paulò pòst monet *ibid. text.* In inquisitione » in omnibus diligentem esse adhibendam cautelam, ne fortè per leve compen- » dium ad grave veniatur dispendium. *extr. de accusat.* »

Atqui dubium non est, si capitula ista delationis illius cæmentarii, & de- super nulliter formatæ inquisitionis suggestivæ, Dominæ viduæ transmissa, ipsi- que defendendi se facultas data fuisset, falsitatem hujus delationis & calumnia- rum facilè doceri, & ita jure impediri potuisse, ne tàm atrocia delicta, de se falso publicarentur, prout in seqq. brevibus demonstrabitur.

Neque est, quod hîc quis objiciat, † illos demum esse vocandos, quos 593
principaliter & directò negocium tangit, non verò quibus obliquè & per con- sequentiam præjudicium generari potest, *l.* 1. §. *denunciari*, 14. *ff. de ventr. inspic.* Udalr. Zas. *ad d. l. de unoquoque, n. pen. ff. de re Iudic.* Vant. *de Nullitat. d. tit. de citat. n.* 19. Schurff. *d. consil.* 9 *n.* 4. Molina. *de Iur. primog.* Hisp. *lib.* 4. *c.* 8. *n.* 3. 4.

Nam ad hoc respondemus, illud procedere in iis actibus, †in quibus non 594
agitur de præjudicio & damno tertii, non vocati, irreparabili, sed jus ejus sal- vum & illæsum remanet. *Et talem etiam casum continet alleg. l.* 1. § *denunciari.*

Quia† ideò ibi nõ requirebatur citatio substituti, quod præjudicium non 595
erat irreparabile, sed salvum remanebat jus substituto probandi partum fuisse suppositum, *l.* 1. § *fin. ff. de Carbon. edict & ita ad hunc text. respond.* Felin. *in cap. fin. de Magor. & obed.* Prosp. Farinac. *consil.* 168. *num.* 60. *in fin.* Eamque declarationem senatum Pedemontanum approbare testatur, Osasc. Cacheran. *Decis. Pedem.* 157. *num.* 14. *iunct. nu. ult. in fin.*

Atqui per hanc inquisitionem & maximè ejusdem publicationem actum fuit, de fama & existimatione, adeoque pleno Dominæ viduæ ejusque filiæ præjudicio & damno irreparabili. Ideoque omnino super publicandis de ea delictis falsis, prius cum suis defensionibus audiendæ fuissent: vel capitula con- cernentia earum personas publicari non debuissent. Damnum † namque fa- 596
mæ grave & irreparabile censetur, ideoque capitali æquiparatur, cum vita & fama pari passu ambulare dicantur, *l.* 8. § *fin. ff quod met. caus. l. Iusta.* 9. *ff. de manumiss. vind. gl. in cap. pen. extr. de his qua met. caus.* Thom. Grammat. *Decis.* 98. *n.* 3. Geil. 1. *obs.* 123. Ideoque † fama & honor res omnium pretiosissima. *l. si in duabus. ff. de R. I.* 597
l. ex hac lege, ff. si quadrup. paup. fec. dicatur. cap facta. 11. *q.* 3. Decian. *tract. Crimin. lib.* 3. *cap.* 25. *nu.* 54. Cujus † thesaurus inæstimabilis, Proverb. *cap.* 22. Syracid *cap.* 41. 598
Et † sicut lilium dans suavitatem odoris, *ut dicit* Bald. *in l.* 1. *col.* 1. *C. de confess. purgat.* 599.

Roland.

600 Rolland. à Vall. *consil.* 98. *n.* 49. *vol.* 4. Ejusque † jactura gravior amissione oc-
601 lorum, *per text. in l. infamia, C. de decur. lib.* 10. Geil. *d. obs.* 123. *n.* 6. Vitaque sine † fa-
ma, viva mors est, *arg. l. reprehendendi, Cod. de instit. & substit. l. pen. de var. & extraord. cognit. l.* 1. § *. deportatos ff. de bon. possess. contr. tab.*

602 Usque † adeò ut honestis & Nobilissimus personis magis expediat mori
quàm vilipendi, Bald. *consil.* 312. *visis actis, lib.* 4. *col.* 1. *in fin.* Cravett. *consil.* 168 *n.* 2.
603 *lib.* 1. Et nonnulli † mortem turpitudini anteponendam censent, Luc. Penn. *in l.* 1. *C. de Capitat. civ. cens. exim.*

604 Indeque † quod omnis is, qui confingit contra innocentem tale aliquid,
quod illius honorem & existimationem lædat, vel propter quod quis famæ periculum incurrere possit, malè agat, & furi latroni ac proditori æquiparetur, *cap. ex merito, cap. deteriores, cap. summa iniquitas, 6. quæst.* 1. *cap. homicidiorum, distinct.* 1. Petr. de Ancharan. *consil.* 365. *jus.* § *. fin. instit. Vti ex illis infert & concludit* Ludolph. Schrader. *de Feud. part.* 9. *c.* 4. *n.* 105.

Si itaq; nec in Civilibus ubi agitur de pleno & irreparabili alicujus præjudicio, etiam per consequentiam, fas non est judici inauditis his, qui ita lædi & contradicere possunt, procedere, tanto minus id licebit in criminalibus & causis concernentibus famam & existimationem honestarum & Nobilium perso-
605 narum, cum † honor quibus libet rebus pecuniariis præferendus sit, *l. Iulianus, 26. cum ibi notat. ff. si quis omiss. caus. testam.* Bald. *in c. ex ratione, l. reprehendenda, 5. & ibi.* Jas. *Cod. de instit. & substit.*

Præterea apparet ex Protocollo publicato, multa capitula puellæ nostræ esse prælecta, quæ non ejus sed Dominæ viduæ factum & ei falso imputata crimina principaliter attigêre, & nihil quicquam ad puellæ aggravandum delictum conferre potuerunt, utpote quod Domina vidua Reverendissimi N. sorori aureum cochlear arte magica sustulerit, & una cum alia fœmina id ipsum certo pretio distraxerit: Item, quod Reverendissimo & Celsitud. suæ sorori in itinere cum N. Roteburgum irent, insidias magicas struxerit, & utrisque grave damnum dederit, cum similibus, quæ omnia veritate manifestatâ falsissima reperta sunt.

Neq; excusatur isthæc nullitas per hoc, quod quidam ex Dominis N.N. à Domina vidua per Notarium & testes requisiti 2. *die Iulii, An.* 1617. prætenderũt: **Die Herrn N. N. hetten bedencken gehabt/ die Fraw N. zu avisiren:** (videlicet quod contra eam inquisiverint & inquisitionis capitula ejus etiam factum concernentia publicare voluerint) **Sintemal solches ein weiter außsehen gemacht/ vnd ein mehrers darauff erfogen können/ 2. Das auch keine Obrigkeit schuldig were solches zu avisiren.**

Ad primum enim Respondemus, si non integrum visum fuit Dominis Directoribus processus, viduæ isthæc, quæ de ea ejusque filiæ fama & existimatione agebantur denunciare, ad evitandas ambages, tantò minus integrum ipsis

illis videri debuisset, ejusmodi atrocia crimina de Domina vidua ejusque filia, antequam illæ desuper cum suis defensionibus auditæ essent, vel aliter per inquisitionem de veritate indubitatò constitisset, famæ & existimationis detrimento totiusque familiæ labe, pro exploratis facinoribus, publicare.

Debet quidem Judex † ambages in judiciis, maximè criminalibus, fu- 606
gere, interim tamen id cum illa cautela debet facere, ne fortè per leve compendium ad grave veniatur dispendium, *ut dicit text. in nostris terminis in d. cap. qualiter & quando circ. fin. de accusat.* Ne † justitia & veritas offendatur, Psalm. 72. *vers.* 1. 607
& seqq. Psalm. 101. Sapient. *cap.* 1. *v.* 1. *& seqq.* Psalm. 96. *vers.* 13. Syracid. *cap.* 4. *v.* 33. *& seqq. l. puniri & ibi gl. verb. Iudices. C. si contra jus vel utilit. publ. l. Iudex, ubi* Sichard. *Cod. de Iudic.* Ne † innocens injustè opprimatur, *l. absentem, ff. de pœn.* Ne viduæ 608
sint † præda & pupilli spolium injustorum, Esa. *cap.* 10. *v.* 2. ne malum dicatur 609
bonum, & bonum malum, tenebræ lux, & lux tenebræ, Esa. *cap.* 5 *v.* 20. *C. si quis hominem, cap. væ qui dicitis malum bonum,* 11. *q.* 3. Et sine præcipitantia, Esa. *cap.* 28. *v.* 8. *l.* 1. *C. de execut. rei jud.* Quia † hæc est noverca justitiæ, Clement. Pastoralis §. *ve-* 610
rum de re jud. Bocr. *Decis.* 5. *n.* 13. Geil. *de Arrest. cap.* 1. *n.* 12. Sine † cujusquam injuria, 611
ne tempestate potius quàm potestate uti videatur, Zas. *consil.* 10. *n.* 7. Ferdinand. Vasquetz. 1. *controv. c.* 1. *n.* 20. Non † ex odii fomite sed charitatis adfectu, *text. in* 612
d. cap. qualiter & quando extr. de accusat. Dei † & legum timore, Nov. 23. *cap.* 3. 613
Non † temere, *cap. temerarium,* 11. *quæst.* 3. Neque † ex arbitrio & domesticæ vo- 614
luntatis proposito: *cap. Iudicet. §. bonus Iudex.* Sed † servato juris ordine, *cap. eorum,* 615
q. in fin. 11. *q.* 3. Nov. 28. *c.* 2. *&* 13. Nov. 18. *c.* 5. Audita † parte altera, Syracid. *c.* 11. *v.* 3. 616
Gars. Mastril. *de Magistrat. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 84. *& seqq.* Et ita † ut vel maximè causæ vi- 617
duarum intrent ad judicem, & plena cognitione discutiantur & dijudicentur, 618
Esa. *cap.* 1. *v.* 23. Jerem. *cap.* 5. *v.* 28. Cùm itaque † leges & jura prohibeant contra 619
inauditos procedere & inquirere, & quicquam in eo statuere unde honor lædi & gravari possit, *d. cap. qualiter & quando, cum similibus, suprâ. alleg.*

Directores hujus processus non excusantur, asserentes, **Sie haben bedenckens gehabt/** secundùm juris ordinem procedere & Dominæ viduæ inquisitionis processum & ejus contenta ante publicationem denunciare, & defensiones ejusdem desuper recipere. Non enim † ex hujus vel illius arbitratu & 620
crudo ac indigesto motu juris & justitiæ ordo negligendus, Bart. Bald. *& Dd. ad l.* 1. *& ad l. placuit. C. de Iudic.* Nam ex ficta † æquitate & capite suo velle procedere 621
non solùm periculosum, sed etiam temerarium & levitatis est plenissimum, *inquit* Paul. Carstens. *ad d. l. placuit, C. de Iudic.* Et † ficta æquitas duplex est ini- 622
quitas, Bald. *consil.* 9. *n.* 3. *lib.* 1. Thominus *Decis.* 16. *n.* 17. *in fin.* Et † quæ legibus 623
non est fulcita æquitas, pestilentissimum virus est, *inquit* Gars. *de Expens. c.* 1. *n.* 28. Quantum † itaque à jure scripto receditur, tantum ad æquitate receditur. 624
Jacob. Cujac. *Consultat.* 38. *in fin.*

Alterum verò quod attinet, **Das keine Obrigkeit schuldig seye/ solches zu**

avifiren/ id ita in noſtris terminis contra rationem naturalem, ſenſum communem, jus divinum & humanum, ac juſtum judiciorum morem aſſeritur, per ea quæ tradit Erneſt. Cothman. *conſil. 7. vol. 1. paſsim per tot.*

Siquidem ſuprà ſatis ex jure divino & humano deductum & probatum eſt, Judicem non poſſe cum diſcrimine alienæ exiſtimationis vagari, nec contra inauditum procedere, vel quicquam in ejus læſionem decernere, tanto minus à malevolis falsò delata & confiƈta crimina de honeſtis & Nobilibus perſonis cum totius familiæ labe in vulgus publicare.

Vigeſima prima omnino inſanabilis in hoc proceſſu occurrit Nullitas, quod in ea, quæ de Domina vidua cæmentarius iſte ex ore ſtolidæ illius puellæ detulerat, Judex loci non inquiſiverit, & tamen delationis capitula, velut explorata facinora publicarit.

Nam I. cùm cæmentarius ille Dominam viduam detulerit, quaſi una cum aliis fœminis, Reverendiſſimo N. ejuſque Celſitud. ſorori per artes Magicas grave damnum in via Roteburgenſi dederit, & puella deſuper à judice
625 inquiſita id affirmarit, ante omnia judicem loci decuiſſet, † priuſquam puellam ſuper tali delatione contra Dominam viduam in ſpecie interrogaſſet; apud Reverendiſſimum, qui narratur tunc temporis fuiſſe N. quod ſaltem tertio miliari N. diſtat, diligenter expiſcari, num ſe res ita haberet, ut antequam ad inquiſitionem ſpecialem & ulteriora contra Dominam viduam procederet, certò de corpore delicti ſibi compertum haberet, juxta divini & humani juris regulas, quæ volunt ante omnia de corpore delicti conſtare debere. Hinc Jehova de Sodomitis, deſcendam, inquit, & videbo utrùm clamorem, qui venit ad me *opere compleverint*, Geneſ. *cap.* 18. *v.* 21. *Ex quo text. Evariſt. Papa ita infert.*

Deus omnipotens, cui nihil eſt abſconditum, ſed omnia etiam antequam fiant manifeſta ſunt, non ob aliud, per ſe inquirere dignatus eſt, niſi ut judicibus hujus ſeculi exemplũ daret, ne præcipites in diſcutiendis & judicandis negotiis ſint, & ne mala quotumcunque prius præſumant credere, quam probentur, ſed ante audita diligenter inquirant nec præcipitando agant. *Cod. Deus omnipotens, 11 q. 1. cap. qualiter & quando in pr. de accuſat. cap. licet Helin. de Simon.*

626 Et † ſeverè præcipit Jehova judicibus, ut diligenter inquirant, an verum
627 ſit crimen, quod denunciatur, Deuter. *cap.* 17. *v.* 4. Sic † Joſua ſuper confeſſione facta Achan, non ulterius proceſſit, ſed miſit miniſtros ad inquirendum, anné uti confeſſus erat res ablatæ in tabernaculo ejus reperirentur, & iis demum repertis ad ulteriora proceſſit. Joſ. *cap.* 7. *verſ* 20. 21. 22. 23. 24. Et dixit Salomon, antequam ſcruteris, ne reprehendas. *cap. eorum qui accuſantur, 11. quæſt. 3.* Qui ante judicat quàm inquirit, in Labyrinthum erroris impingit, *inquit* Zaſ. *in quæſt. 2. de Iudæ, tom. 5. fol. mihi. 112. text. in l. 1. §. item illud, ad SCtum Syllan. l. 1 §. neceſſario, ff. eod. l. ſi quis legatum, §. ceterum, ff. ad L. cornel. de falſ.* Bald. *in l. qui ſine, 22. col. 1. ff. de quæſtion. & in d. l. 1. §. item illud ad Syll. Quem ad hoc allegat & ſequitur* Robert. Marant. *in ſpecul. Iudic.*

Iudic.part.6.tit.de inquisit.n.17.&18. Prosper.Farinac. *in Pract.crimin. quæst.1.nu.6.* Aym.Cravett. *consil.244. in princ.per l.si quando,in verb.patefacta. Cod.unde vi, & ibi,* Bald. & Jas. *in 4. notabili.*

Et notat ibid. Cravett. † ad effectum formandæ inquisitionis specialis 628
plenè de commisso delicto constare debere, & non sufficere,si per conjecturas constet. Ideoque manus judicis sunt ligatæ, donec de corpore delicti constet. Marsil. *consil.18.n.1.vol.1.* Cothman. *1.consil.12.n.28.*

Neque † reorum confessiones pro exploratis facinoribus haberi oportet. 629
l.1.§.Divus Severus, & §.si servi.ff.de quæstion.l.sicut,l.1. C.eod. Neque audiendus est perire volens, *l. non tantum, ff. de appellat, l.1.§. si quis ultro, ff. de quæstion.* Mynsing. *observ.81.n.5 cent.3.*

Aliâs † fama & existimatio honestorum, arbitrio infimorum, crimino- 630
sorum & calumniantium committetetur. *l.unius, §. servo, ff. de quæstion.* Ernestus Cothman. *3.consil.29.n.104.*

Cum itaque † Judex loci potuisset & omninò de jure debuisset apud Re- 631
verendissimum N. inquirere, an suæ Celsitud. & ejusdem sorori damnum illud in odium Dominæ viduæ à Diabolo & cæmentario contra veritatem confictum, datum fuerit, nec ne, *per text.in Constit.crim.* Caroli V. *art.54.* Ubi ita constitutum: **Auff bekandnuß/die auß oder ohne Marter geschiehet/soll der Richter an die Ende schicken vnd nach den Vmbständen / so der gefragte der bekanten Missethat halber erzehlet hat / so viel zu gewißheit der Warheit dienstlich mit allem fleiß fragen lassen / ob die bekantnuß der obberührten Vmbständen wahr sey oder nicht.** Idque hoc casu facere contra juris ordinem neglexerit, & nihilominus ad inquisitionem & publicationem falsò delatorum criminum nulliter, & neglecta omni humanitatis ratione processerit, † tota illa inquisitio & quæ 632
illam insecuta, ipso jure nulla sunt. Grat. *consil.97. nu.12.* & *Consil.57. nu.11. lib.1.* Ubi quod ita totus mundus servet. Et † quod quandocunque etiam post sen- 633
tentiam opponi possit ejusmodi nullitas, ex prædicto fundamento ineptæ inquisitionis, multis confirmat Farinac. *d quæst.1.n.5.*

II. Quantum ad aureum cochlear sublatum attinet, dicunt quidem Domini N. N. in Apologia sua. **Daß der Gülden-Löffel zur zeit verübten** processus **hinwegk gewesen / vnd damahls niemand wissen können / wohin derselbe kommen.** Verùm quoad inquisitionem contra honestam personam firmandam non solùm † Judici debet constare de corpore delicti, sed etiam de circumstan- 634
tiis loci, & temporis, anné videlicet illo tempore & loco quo narratur delictum fuisse commissum, id factum sit nec ne: ita enim investigari potest veritas. Jam verò ex actis nobis transmissis **Den Löffel-Dieb betrifft** collatis cum puellæ hujus confessione, constat Reverendiss. N. sororem cochlear illud furto sublatum, per integrum ferè annum post illud tempus, quo puella hæc narravit Dominam viduam arte Magica suæ celsitudini cochlear prædictum surripuisse, in

potestate sua habuisse, & quotidie eo usam fuisse. Ideoque si Judex in facti veritatem, ut facere debebat, inquisivisset, vel ex hac sola temporis discrepantia falsitatem delationis & calumniarum deprehendere, & non minus quam Justus vir Daniel olim ex sola loci discrepantia falsitatem adulterii, de Susanna delati, cognoscere & innocētiam Dominæ viduæ patefacere potuisset, *Dan.*13. Quo de argumento infra in Resp. ad 10. argumentum plura monebimus.

Præterea ut inquisitio contra Nobiles & honestas personas formetur, non satis est constare de corpore delicti, & honestæ personæ per levissimum
635 quemque falsò imputari, sed debet † præcedere diffamatio & alia verisimilia indicia ex quibus suspicio commissi delicti in hanc potius quam in aliam personam cadat, per ea quæ in præcedentibus ex jure deduximus. Sic pariter Judex loci de propola isto apud quem fasciam istam prætendebatur emisse Domina vidua, qua in præparando veneficio & applicando Domino Eberh. N. usa fuisse prætense dicitur, interrogare debuisset puellam, quisnam ille esset? ubi habitaret? Deinde apud eundem diligenter de istis narratis & omnibus circumstantiis, anné se res ita haberet inquirere, quæ omnia nulliter neglecta, & tamen de Domina vidua ista figmēta tanquam explorata facinora, licet supresso nomine, publicata sunt. Ex hisce & aliis quæ ex actis deduci possent, rerum argumentis, justo & prudēti rerum arbitro, & affectuum præjudicio non occupato, de nullitate hujus processus, maximè autem quantum Dominam viduam ejusque filiam innocentissimas ejus occasione injustissimè diffamatas concernit, satis superque patebit.

Restat nunc ut argumenta in contrarium adducta ordine refellamus.

636 Et quidem ad *Primum* Respondetur, † Judici asserenti de Justitia processus tantum credi, quantum apparet ex actis, *text. in cap. quoniam, & ibi Dd. extra de probat. cap. quomodo sacerdos, cap. cui est illata, cap. cæpisti, cap. non solum ille*, 11. *q.* 3. *l. prolatam & ibi* Bald. *Cod. de sentent. & intercol. omn. jud.* Bartol. *in l. suspectus, per ill. text. ff. de procurat.* Joh. Gœdd. *consil. Marp.* 28. *n.* 73.

637 Ideoque † citatio causæ cognitio, & ordo juris in judice non præsumuntur, nisi probentur, quia illa scripto constare & ex actis apperere debent. *d. cap. quoniam. cap. tenor, de re Iudic.* Matth. Wesenb. 1. *consil.* 7. *n.* 7.

638 Ideoque † præsumptio militans pro judice & magistratu non procedit quoad Justitiam facti & ordinem processus. Wes. *consil.* 1. *n.* 46. Roland. à Vall. *consil.* 1. *n.* 60. *vol.* 2. Gœdd. *d. consil.* 28. *n.* 73.

639 Neque † præsumi potest pro judice, qui ordinem judicii & processus non observavit, & cum de injustitia vel nullitate ex actis manifestè apparet, *cap. sollicitudinem*, §. *si verò de appellat, cap. inter cæteras, de sentent. & re jud.* Bald. *in l. sancimus, num.* 19. *Cod. de Iudic.* Felin. *in cap. quoniam contra, nu.* 25. *extra de probat.* Menoch. 2. *Præsumpt.* 67. *n.* 32 34. 49. *&* 51. Tiber. Decian. *Responf.* 65. *n.* 4. Ernestus Cothman.
640 *consil.* 29. *num.* 398. *vol.* 3. Ubi dicit, præsumptionem † illam pro Magistratu in

fumum

fumum reſolvi, quando apparet ordine juris non obſervato præcipitanter & indebitè proceſſum. Robert. Marant. *in ſpec. tit. de inquiſit. n. 31. in fine.* Ubi in noſtris terminis ſcribit, contra judicem † ſine indiciis inquirentem præſumi omne malum: Et in iiſdem terminis ſcribit Pariſ. de Put. *in tract de Syndicat. §. inquiſitio verſ. Iudici faciliter non permittitur inquirere. n. 9. & ſeqq.* 641

Ideoq; † ſi ex abrupto, parte, quæ lædi & contradicere poteſt, non citatâ, nec allegationibus auditis procedat, validiſſima & efficaciſſima eſt contra eum præſumptio quod iniquè & injuſtè, adeoq; injuriosè iſtud fecerit, *ut poſt* Alciat. *præſumpt. 9. reg. 3 n. 23. & ſeqq ſcribit*, Johan. Harprecht *ad §. non ſolùm, 11. n. 64. inſtit. de injur.* Imò talem † Judicem non ſolùm injuriam ſed & vim facere, *ſcribit* Frider. Mindan. *de proceſſib. lib. 2. c. 13. n. 7. & 8. per text. in l. extat. ff quod met. cauſ.* 642 643

Talis † enim Judex nulliter procedendo dicitur ſpoliare, & ideò gravatus tanquam ſpoliatus ante omnia venit reſtituendus, *c. conquerentur, & ibi.* Dd. *de reſtit. ſpoliat.* Afflict. *in commentar. ad conſtitut. Neapolit. lib. 1. rubr. 24. de violent. circ. poſſeſſ. n. 32. 33. & 59. in fin.* Boër. *deciſ. 238. num.* 4. Cravett. *conſil. 18. num.* 8. Adrian. Gylman. *in Symphorem. Tom. 1. tit. 1. vol. 5. n. 12. & 14.* 644

Conſtat autem ex ipſis actis, & quæ ex illis ſuprà deduximus, Directores hujus proceſſus in plurimis ordinem Juris Divini, Canonici, Civilis, & maximè *Conſtitut. Crimin. Carolin.* neglexiſſe, ideoq; pro iis præſumi, id quod in Apologia prætenditur, non poteſt. Et hæ nullitates, cum ex ipſis actis quæ notorium inducunt, apparent, probatione aliena non indigent. Neq; tantùm tribuendum eſt iſti † præſumptioni pro Magiſtratu & Judice, ut contrarium allegari aut probari non poſſit aut debeat. Nam & † Pilatus hanc pro ſe habuit præſumptionem, cum ipſo Chriſto teſte, poteſtatem habuerit deſuper à Patre ſuo cœleſti, interim cum ex actis conſtet, eum Juris ordinem neglexiſſe, & ad falſas malevolorum & calumniantium delationes Salvatorem innocentem, non habitâ veritatis inquiſitione, condemnaſſe, Johan 18. & 19. Quis pro ejus Juſtitia præſumet. Eandem præſumptionem Judices illi habuerunt pro ſe, qui Suſannam, delicium fæminarum & exemplar caſtitatis, ad falſas peſſimorum nebulonum delationes, capitis ſententiâ damnarunt: interim tamen conſtat ex actis, quòd cum præcipitanter, & ſine ſufficienti cauſæ cognitione proceſſerint, injuſtè eos pronunciaſſe & innocentem damnaſſe, exindeque meritò à Daniele tanquam fatuos reprehenſos: Dan. 13. Et dicit Gregorius: plerunq; accidit, ut Judicis locum teneat, cujus ad locum vita minimè concordat: proinde ſæpe agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſolvat, ſæpe ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequitur: ſæpè fit ut odio vel gratiâ moveatur, *c. plerumq; contingit, 11. q. 3.* 645 646

Hinc toties legimus in ſacris, Jehovam conqueri de Judicibus, & ejus rei vel ſexcenta exempla adduci poſſent. Quamobrem cum ex actis noſtris de injuſtitia proceſſus conſtet, præſumptio † illa generalis pro Magiſtratu & Judice, 647

per contrariam ex facto ipso emergentem, præsumptionem & probationem eliditur, *l. Divus, ff. de restit. in integr.* Roland. à Valle *consil.* 1. *nu.* 44. *lib.* 4. Gœdd. *d.*

648 *consil.* 28. *n.* 74. Neq; † præsumptiones generales pro judice tollunt præsumptiones speciales, Franc. Becc. *consil.* 52. *n.* 12. 40. 107. 108. Farinac. *consil.* 42. *n.* 36. *lib.* 1.

Ad secundum respondetur, quomodo hactenus N. N. Justitiam administrârint, relinquunt Domini Consulentes suo loco, neq; etiam quicquam in collegii illius, cujus olim Pater Dominorum Consulentium, N. N. Decanus & caput fuit meritissimum, contemptum & dedecus asserere vel moliri cupiunt sed hoc tantùm intendunt ostendere, illos qui ex collegii corpore, directores hujus processus fuêre, eum nulliter neglecto Juris ordine instituendo, Dominam viduam ejusque filiam, totamq; N. Nobilissimam familiam præter jus & fas gravâsse & malè processisse.

649 Neq; etiam † ex antecessorum Justitia successorum salvari potest iniquitas. Licèt enim Symmach. Papa dixerit: Quis sanctum dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo, si desunt bona acquisita per meritum, sufficiant, quæ à loci decessore præstantur: *c. non nos beatum Petrum, distinct.* 40.

650 Tamen non incõgruè ad hoc respondit Hieronymus dicens: Non † sunt filii Sanctorum, qui tenent loca sanctorum, sed qui faciunt opera eorum, *c. non est facile, distinct. ead.* 40. Neq; cathedra facit Sacerdotem, sed Sacerdos cathedram, *inquit* Chrysostom. *in c. multi, d. distinct.* Sic legimus Scribas & Pharisæos sedisse in cathedra Mosis, Matth. 23. *Et facit text. in c. plerumq, in fin.* 11. *q.* 3. ubi di-

651 citur: † Non omnes prælati pro prælatis habendi: Nomen enim non facit Episcopum sed vita. Salomon, Regum quos Sol illuxit, fuit sapientissimus, Successorem tamen Rehabeam reliquit valdè stolidum & injustum, 1. Reg. *cap.* 12. Præterea, licèt sint Nobiles & generis splendore corruscent Directores hujus processus, sunt tamen homines, qui labi & errare possunt, interveniente vel maximè odio, inimicitia & ira, ut in facto, à Dnn. Consulentibus præsupponitur:

652 quia † hæc corrumpunt humanum Judicium, *c. quatuor*, 11. *q.* 3. Unde Poëta:

Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit
Mœnia, ——————

653 Ac in † solum Deum cadit omnis perfectio, ut de Ludovico II. Galliarum Rege, ejus virtutes commemorans dicit Philippus Cominæ. in præfat Historiar. Gallic. Unde Psalmista, vani, inquit, sunt filii hominum, Psal. 72. *vers.* 10. Quod Lutherus ita vertit: **Grosse Leute fehlen auch.**

654 Et rursus: † Dixi ego, Dii estis & filii excelsi omnes: vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis, Psal. 82. *vers.* 6. 7. Parum itaque illa de præterito in præsens, hoc nostro casu attendi potest præsumptio

655 Justitiæ cùm ex actis de nullitate processus evidenter constet: Quia † præsumptio quantumvis magna veritati cedere debet, *l. Divus, ff. de in integr. restit. l. si qui adulterii, C. ad lul. de adulter.* Geil. 2. *observ.* 97. *n.* 18. Matth. de Afflict. *Decis.* 107. *n.* 7.

Ubi

Ubi dicit, † cessare præsumptionis allegationem, ubi habemus veritatem, & 656
quod plus demonstretur illa per facti evidentiam, quàm per vocis efficaciam, *secundum* Bald. *in l.1.col.2. C.de ædil.act.*

Præterea legitur apud Johan. **Ewig** / Medicum quondam Bremensem, qui in tractatu suo **von Hexen** scribit, non ita pridem in eodem Judicii loco, propter imputatum veneficii crimen duas fœminas innocentes combustas, referam ipsius verba: **Wie gefährlich es sey/der Hexen Zeugnüß zuglauben/ob ich schon mit vielen Argumenten vnnd Exemplen könte darthun / will ich dannoch vmb der Kürtze willen ein einiges alhier erzehlen / welches vor wenig Jahren zu N. sich zugetragen/daselbsten 2. Frawen/ von wegen der Hexerey / der sie von einem andern Stück Weibes beschuldiget / zu hafften gezogen. Alß aber die Beklagten / nach Form der gebräuchlichen Rechten / mit dem Fewer gestrafft/ kompt auch die Klägerin bey dem Amptman in Verdacht/wird eingezogen vnd peinlich verhöret/ da sie dann bekandt/ daß sie selbsten schuldig/ vnd die zwo verbranten vnschuldig geweſt.** *Hactenus ille d.tract.von Hexen/part.2.*

Ad tertium respondemus, † Æquum quidem & Justum, ac Dominorum 657
N. N. ordine multò dignius fuisse, si tàm defuncti Domini N. Dominæ viduæ mariti, quàm Nobilissimæ familiæ, tùm etiam ipsius & filiæ orphanæ conditionis (cum viduæ & orphani inter personas miserabiles, quæ vel maxime calumniis & injuriis expositæ, & eò majorem bonorum favorem merentur, referantur, *l.un. & ibi.* Dd. *Cod.quando Imperat. inter pupill. vel viduas, vel alias miserab. person. cognosc.*) rationem accuratiorem directores hujus processus habuissent, & non ita præcipitanter ac nulliter, cum existimationis discrimine Nobilissimæ Dominæ viduæ, quam rectius venerari & defendere debuissent, vagati fuissent, sed diligentius ex charitatis adfectu, non ex odii fomite, & servato Juris ordine processum hunc instituissent. Hoc autem, cum non factum sit, præsumptiones illæ ex favore ordinis, generis & conditionis desumptæ, sua sponte concidunt. Et testatur experientia, † Nobiles & ejusdem etiam ordinis homines, 658
inter se ita aliquando odio & ira exardescere, ut hisce non attentis, alter alteri, vitæ, famæ & omnibus bonis insidias struat!

Et dicit Salvator: Inimici hominis domestici ejus, Matth.10.*v.36.* Quod monuit Propheta dicens: Nolite credere amico: ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui: Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit adversus matrem suam, nurus adversus socrum, Michææ *cap. ult. vers.5. & 6.* Ideoq;, nusquam tuta fides.

Ad quartum respondemus, † quòd querulantes contra processum antea fa- 659
ctum, teneantur justificare suas querelas, ex antiquis non ex novis actis & probationibus, id procedere, si querulantes in processu antea instituto, ad eum vocati, & suis defensionibus sufficienter auditi sint, *per ea quæ deducit* Osasc. Cacher. *Decis.Pedemont.157.n.6.& seqq.* Matth.de Afflict. *Decis.396.n.3.* & *Decis.402.sub n.5.*

Tunc

Tunc enim nihil imputari poteſt Judici, ſi reus vocatus defenſiones ſuas tempore ordinati proceſſus deducere non potuit. At conſtat ex actis & ſuprà deductis, Dominam viduam ejusq; filiam nunquam ad proceſſum inquiſitionis contra ipſas inſtitutum vocatas, nunquam cum defenſionibus ſuis auditas, & tamen de iis graviſſima crimina, publicè in Judicio lecta & publicata. Nihil itaq; acta illa præjudicant Dominæ viduæ ejusque filiæ non vocatis, neque au-
660 ditis, quia ſæpè, inquit JC. † conſtitutum eſt, res inter alios ortas, aliis non præjudicare, *l. ſæpè, 63. & ibi* Dd. *ff. de re Iudic. tot. tit. C. ne res inter alios acta.*

Si itaq; Dominæ viduæ fuiſſet denunciatum, vel ipſa aliunde inquiſitionis contra ſe inſtitutæ, notitiam habuiſſet, potuiſſet facilè innocentiam ſuam deducere, demonſtrando falſum eſſe, quòd Reverendiſſimus N. & Suæ Celſitud. Soror in itinere N. damnum grave acceperit: potuiſſet deducere & probare falſum fuiſſe, quòd puella iſta dixerat, illo tempore cochlear aureum arte magicâ ſurreptum, cùm poſt illud tempus memorata Duciſſa cochlear illud ferè per integrum adhuc annum in ſua poteſtate & uſu habuerit: potuiſſet probare, falſum eſſe, quòd unâ cum tribus vetulis faſciam illam à propola quodam emerit, & Domino N. damnum iſtâ faſciâ dare voluerit; quibus probatis, dubium non eſt, Dominam viduam potuiſſe impedire, ne ipſius & filiæ nomen inter reos & capitalium criminum falsò referretur, nevé convicta de iis crimina pro veris publicarentur. Ridiculum itaque & valdè ineptum eſt, Dominæ viduæ hîc objicere, quòd teneatur Juſtificare querelas ſuas ex illo proceſſu de ſe inſtituto, quem ipſa tunc temporis, quantum ad ſe attinet, planè ignoravit, neq; ad illum vocata, vel cum ſuis defenſionibus unquam audita fuit, vel quicquam allegaverit, quòd pars actorum, ad Juſtificandum illum proceſſum fieri potuit.

Sufficit itaque probare ex novis actis, Dominos Directoros de Domina vidua non vocata, non audita, indefenſa, falſa crimina pro veris publicaſſe & eam gravaſſe. Præterea etiam ex illis ipſis actis proceſſus illius memorati, querelas ſuas magna ex parte juſtificare potuit Domina vidua & ejus heredes, cum illa ipſa acta, quàm plurimis nullitatibus ſcateant, & ex illis proceſſus iſte de Jure juſtificari non poſſit.

661 *Quintum † quod attinet argumentum*, quod Dnn. N. N. conſuluerint, & Medicum & Miniſterium Eccleſiaſticum ſuper iſthac puella, hoc ad proceſſum contra Dominam viduam juſtificandum nihil confert. Præterea miniſterii N. atteſtatio de puella iſta non fuit pura, ſed ſub conditione, quæ in noſtro caſu in multis articulis notoriè defecit, & inſuper hæſitanter facta, ut ſuprà in ſecundæ Quæſt. reſolutione latiùs deduximus. Quod verò Dominos Directores latuit puellæ hujus matrem & avunculum, tàm gravi melancholia fuiſſe correptos, ut neceſſe fuerit eos cuſtodire, &c. Id quidem illos non planè excuſat, cum in hoc inquirere debuiſſent diligentiùs, quod Jus commune, *& Carolinæ Conſtitutiones* exigunt.

Ad

Ad sextum argumentum Respondemus, † nos venerandæ facultatis Juri- 662
dicæ Academiæ Helmstadensis responsum, & quid eos adita respondendum moverit in suis relinquere terminis, maximè, cum illud processum contra Dominam viduam institutum, non concernat. Et non dubitamus, si facultas Helmstadensis fuisset interrogata super processu, quatenus Dominam viduam concernit, illam responsuram fuisse, Dnn. Directoribus neque ad ejusmodi frivolas & non verisimiles delationes malevolorum & levissimorum hominum contra Dominam viduam inquirere, tanto minus inquisitionis capitula falsa pro veris publicare fas fuisse.

Deinde Responsum illud prædictæ venerandæ facultatis Helmstadiensis etiam quoad hoc in quantum concernit processum contra puellam, non est eò extendendum, ut exinde justificetur processus nulliter institutus; quia responsum illud intelligendum est cæteris paribus & servatis servandis. Putârunt enim Dnn. Respondentes, Judicem loci suo non defuturum officio, & an vera, an verò falsa puella confessa fuerit diligenter & accuratè inquisivisse, cæteraque quæ jus commune & Carolinæ suadent Constitutiones Criminales exactè observâsse. Solent namque † Scabinatus aliaque Collegia Juridica quando de 663
Jure in causa criminali respondent, addere clausulam: *Si diligenti habitâ inquisitione de delicto certò constet. uti testatur* Daniel. Moller. 3. *Semestr.* 40.

Et si fortè hanc clausulam omisissent Domini Helmstadienses, tamen illa pro adjecta censeri debet: Quia † clausula adjici solita habetur pro adjecta. 664
Nicol. Eberhard. *in loc. à solitis.* Johan. Meichsner. *Decis. Camer.* 17. *num.* 5. *tom.* 3.
Maximè † si leges & jura idem præsupponant & requirant, Philip. Matth. *consil.* 665
Marpurg. 26. *num.* 101. *vol.* 2.

Nihil itaque imputari potest Dominis Helmstadiensibus qui hæc omnia præsupposuêre, quæ jura & mos notorius præsupponunt. Quod verò suprà deduximus sententiam illam ultimi supplicii contra puellam suadentibus ita multis circumstantiis & argumentis, nimis duram & rigidam nobis videri, licèt in hoc non magnopere Facultatis venerandæ moverit auctoritas: *ceu in simili dixit* Celsus *in l.* 11. *abeo*, 7. §. *fin. de suppellect. legat.* Tamen propter rationes quas ex juris & legum fontibus adduximus, mitiùs cum ea agendum fuisse salvo eorum judicio existimamus per jura & rationes *supra Num.* 406. *& mult. seqq.* adducta.

Ad septimam dubitandi rationem Respondemus cum Ernesto Cothmâno JCto eximio *Consil.* 12. *n.* 59. *& aliquot seqq. vol.* 1. Ubi ad adductum Bodini locum ita respondet: † Sanè videtur mihi sententia ista non tantùm erronea, & legi- 666
bus divinis ac humanis contraria, sed & periculosissima primum enim cur magis in veneficii crimine processum ordinarium aspernemur, nulla ratio certa ostendi potest: nec enim minus in eo de vita & sanguine humano agitur. Imò in veneficii crimine processum magis solenniter magisq; curiosè ac cautè servari, perquam utile est & extremè necessarium, tùm quod crimen sit atrocius † & 667

majori pœna coërceri soleat; *l.* 1. C. *de malefic.* Grammat. *Decis.* 33. *n.* 1. Tum quod
668 in eo facilior sit lapsus † & error, atque adeò majus subsit periculum: *l.* 1. §. *si quis ff. de Carbon. edict. l. addictos*, C. *de Appellat. cap. ubi periculum de elect. in* 6. Franc. Ponzin. *tract. de Lam. n.* 67. Paul. de Castr. *consil.* 299. *n.* 1. *part* 2. Menoch. *cons.* 149. *n.* 4. *lib.* 2. Cujac. *in Paratitl. C. de Carbon. edict.* Tum denique quod Constitutio Carolina
669 processum in eo observari severè præcipiat, † & jubeat. Hactenus Cothmannus. Quibus concordant tradita Godelman. *de Mag. & Venefic. lib.* 3. *c.* 1. dicentis.
670 Cum in nullius criminis cognitione † & disquisitione judices à tramite justitiæ puniendo innocentes & dimittendo nocentes faciliùs aberrare possint, ac in crimine veneficii: Ideò cautè agendum est, quando de vita, existimatione & sanguine hominis judicium ferendum est: ne judices ex affectu, vel ignorantia, vel dubia conscientia, aliquid admittant, cujus ipsos postea pœniteat, & verum experiantur quod Poëta canit:

Iudicii vindex tandem Deus exstat iniqui.

Leopold. Hackelman. *quondam in Acad. Ienens. Prof. Illustr. quæst. Disp.* 24. *th.* 17. *lit. l.*
671 Et vel maximè in hoc processu ignorantia † Judicis solet esse calamitas innocentis, *teste* August. *de Civit. Dei*, *lib.* 19. *c.* 6. Denique facit generalitas Constitu-
672 tionis Carolinæ † *artic.* 83. ubi ita sancitum: **In allen Peinlichen Gerichtlichen händeln/ sollen Richter vnd Schöpffen Vnsere Ordnunge gegenwertig haben/ vnd darnach handlen/ ꝛc.**

673 *Ad octavam* dubitandi rationem Respondemus I. Confessiones † reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, *l.* 1. §. Divus Severus, *& §. si servi ff. de quæst. l. sicuti, l. pridem*, C. *eod latè*. Farinac. *quæst.* 2. *n.* 7. *fac. text. in Const. crim. art.* 54.
674 Ideoque in criminalibus confessus pro judicato † non habetur, per jura
675 modò allegata & supra passim adducta. 2. Ut aliquis † ex confessione sua damnetur, non solùm debet Judex certus esse de delicto, sed confessio debere esse certa, constans, & firmiter concludens *per ea quæ deducit* Berthaz. *consil. crim.* 242. *num.* 17. *Const. crimin.* Caroli V. *art.* 31. §. **Zum fünfften/ ꝛc.** Atqui constat ex allatis supra decidendi rationibus puellæ hujus confessiones fuisse varias, contrarias, erroneas & incertas, ideoque falsitatis suspicione atque mendacii implicatas, quare sententia capitalis desuper ferri non potuit. 3. Confessiones minorum in criminali judicio sine curatore vel defensore factas iis non nocere, suprà in *sexta* decidendi ratione juris & Dd. auctoritate probavimus.

Ad nonum Respondemus: I. Aut illæ confessiones puellæ considerantur quatenus propriam ejus personam concernunt, aut quatenus de Domina vidua ejusque filia falsò effusæ: hoc casu Dominæ viduæ ejusque filiæ, nihil præjudi-
676 cant, tum quia confessiones † unius non debent nocere alteri: Felin. *in c.* 2. *n.* 12. *de fid. Instrum.* Berthazol. *consil. crim.* 242. *n.* 20. Herman. Vultej. 2. *consil. Marp.* 30. *num.* 150. Tum quia per suggestionem non præcedentibus indiciis vel diffamatione de Domina vidua, per Judicem nulliter fuêre extorte, per deducta suprà in

octava

octava decidendi ratione remissivè. Confessiones † autem factæ non præce- 677
dentibus indiciis, tanquam per se nullæ non validant processum nullum, *per ea quæ deducuntur in addition ad* 8. *consil.* Prosp. Farinac. Marsil. *consil.* 130. *nu.* 25. *& alii ibid. allegati.* Tum denique quia falsæ, erroneæ & variæ fuerunt, ut pariter suo loco ostendimus. Quantum verò puellam attinet, neque quoad ipsius personam confessiones illæ possunt purgare vitium processus; quia 1. argumentum hoc regulariter fallit in criminalibus, per deducta ad præcedens argumentum. 2. Jura adducta obtinent, quando confessiones sunt validæ, secus si nullæ: quia tunc quod nullum † est per se, validum operari non potest effectum, *l.* 4. *§. condemnadum ff. de re Iudic. l. non putavit, §. non quævis ff de bon. possess. contra tab.* Jam verò 678
istæ confessiones puellæ minorennis fuerunt factæ sine interventu curatoris, † 679
adeoque nullæ, per deducta suprà in sexta decidendi ratione. Et ita in terminis nostris ad hoc argumentum, *Respondet* Rolland. à Vall. *consil.* 31. *n.* 8. 9. 10. *&* 11.

Non enim omnis confessio est sufficiens ad condemnandum reum, sed ea demum, quæ legitimè & servato juris ordine emanavit: Invalida autem attendi non debet: quia actus † nullus & non factus parificantur, *l. quoties, ubi* 680
Jas. *ff qui satisd cog.* Marsil. *singul.* 431. *& ita deducit*, Berthaz. *consil. crim.* 341. *n.* 17. 18. Subdens, ex invalida † confessione non posse quem pati damnum, nec illam 681
sub statuto disponente de confessione comprehendi.

Neq; obstat ratio huic argumento annexa, quod veritate per confessionem habita, non opus sit ambagibus; quia confessiones † reorum in crimina- 682
libus non sufficiunt ad liquidationem facti, quia de eo aliunde judici constare debet, Bertrand. *consil.* 134. *n.* 3. *part. vol.* 2. Berthazol. *consil. crim.* 341. *nu.* 17. Quo faciunt jura allegata ad præcedens argumentum. Neque adversantur, quæ de Notorio adducta sunt, quod confessio inducat notorium in quo juris ordo non attendatur. Nam ex supra deductis patet, quod in criminalibus sola confessio non inducat notorium facti. Jura verò † quæ disponunt in notoriis re- 683
laxari juris ordinem, intelligenda sunt de notorio facti propriè ita dicti, quod est quando delictum commissum est coram populo vel majore ejus parte, & ita ille vel major pars per sensum visus, vel auditus fuerit testis rem ita se habere, *uti definit* Farinac. 1. *consil.* 30. *sub n.* 90. *Et in Pract. crim. q.* 21. *n.* 41. Quodvé inducit indubitatam rei certitudinem & ita se vulgo exhibet, ut negari non possit, per tradita Wesenb. *consil.* 13. *n.* 62. Indeque aliud † est delictum esse notorium, 684
aliud de delicto notorie ex confessione vel argumentis constare, hoc enim magis ex juris præsumptione, quam ex facti evidentia tale dicitur? Illo casu relaxatur juris ordo, hoc non item, uti declarat Farinac. *d. q.* 21. *n.* 166.

II. Respondemus in contrarium allegata jura † procedere in notoriis, 685
quæ substantia & qualitate sunt notoria, *per ea quæ latè tractat* Sigismund Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 51. *& aliquot seqq.* Non enim satis † est ipsum factum esse noto- 686
rium ad hoc ut relaxetur juris ordo, sed necesse est omnes etiam qualitates facti

notorias esse, ita ut expeditum sit, nullam reo notoria facti evidentia convicto defensionem competere posse, *per ea quæ tradit* Vultej. *1. consil. Marp. 16. n. 97.*

687 III. Respondemus Allegata jura possunt procedere † in notorio facti actu permanentis, *per ea quæ prolixè deducit* Sigismund. Scacc. *de iudic. lib. 1. 76. sub num. 8.*

688 IV. Respondemus Ex confessione † non dici notoriè constare de delicto, quando contra eam aliquid opponi posset, utpote quod sit varia, incerta, inconcludens, erronea, à minore facta, &c. Tunc enim cum confessionis fides vacillare dicatur notorium non inducitur, Hostiens. *in cap. cum speciali de appell.* Johan. Andr. *in cap. cum olim de verb. signific. gloss. in cap. cum sit Romana, de Appellat.* Mascard. *conclus. 1102. num. 9. & 10.* & *ita declarat etiam* Farinac. *d. quæst. 21. num. 32.* Atqui hæc enumerata omnia, contra puellæ hujus confessiones verè adduci & opponi possunt. Ideoque dici non potest, ex iis judici aliquid notoriè constare & indubitatam fidem facere potuisse.

689 *Ad decimum Respondemus*, Farinacium † ita quidem scribere, nulla tamen adducta ad hoc juris ratione vel textu? Et quamvis inter alios pro sua hac sen-
690 tentia alleget Francisc. Ponzinib. *tract. de Lam. n. 70.* Is tamen † magis in contrariam ibidem inclinat sententiam, quod nec in veneficii crimine si non constet de corpore delicti Judex sine periculo ad condemnationem procedere possit. Siquidem is ita scribit: Declaratur tamen, dummodo talis confessio sit verisimilis vel vera, referens exemplum, de quadam muliere, quæ fuerat confessa, se dedisse venenum viro suo ex quo mortuus fuerat, Judicio tamen medicorum tale venenum non fuisse repertum efficax ad mortem, Ideoque ex tali confessione non potuisse mulierem condemnari.

Deinde leges & jura supra adducta, ex sola videlicet confessione reos non
691 esse damnatos generaliter & per modum regulæ universalis disponunt, † cui standum, donec de exceptione doceatur, *l. 5. de probat.* Andr. Geil. *2. obs. 151. sub n. 3. & in tract. de Pignor. cap. obs. 14. n. 2.* Johan. Meichsner. *Decis. camer. 18 fol. 717. tom. 3.*
692 Gœdd. *1. consil. Marp. 25. n. 107. & seqq.* Indeq; regulam † habens pro se adductam dicitur habere intentionem fundatam, Jas. *in l. 2. n. 33. ff. si quis in jus vocat.* Bald. *in cap. 1. n. 2. de alien. Iudic.* Wes. *consil. 48. n. 31.*

693 Jam vero nulla nulla lex in veneficii † crimine specialiter disponens reperitur, ideoq; à regula non est deflectendum. Et ita Alexand. *consil. 115. n. 1. & 3. lib. 3.* Marsil. *in l. 1. §. præterea, num. 33. ff. ad l. cornel. de sicar.* Grammat. *consil. crim. 36. nu. 6.* In hoc veneficii crimine post alios tenere refert, & sequitur Ernest. Cothman. *d. consil. 12. num. 21. vol. 1.* Eamque sententiam sequi solere supremum Sabaudiæ Senatum, testatur Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. Iudic. lib. 9. tit. 12. defin. 2. num. 8.*
694 Ubi decidit, periculosum esse, † ultimi supplicii pœnam illis sagis irrogare, quæ delictum ultrò fatentur, de quo tamen non aliter quam ex ipsarum confessione constaret.

Quòd

Quòd de aureo cochleari adductum est, illud tempore instituti processûs amissum fuisse, & de eo Judici constitisse, ad condemnationem puellæ nihil confert. Deinde non apparet Judici certò, sed saltem confusè ex rumore constitisse de ejus amissione: talis autem confusa notitia † in criminalibus minimè satisfacit, sed ex diligenti inquisitione de omnibus circumstantiis inquirendum, *text. in Constitut. Crim.* Carol. V. *artic.* 31. §. **zum Andern/** *ibi:* **Alle mögliche vnnd nottürfftige Vmbstände/ die nach Gelegenheit vnnd Gestalt jeder Sache/ allerbest zu nachfolgender Erfindung der Warheit dienlich seyn mögen/ erforschen/ &c.** *Iunct. artic.* 54. *& seq.* Quia non dicitur † constare de facto, nisi etiam constet de qualitate facti, *l. si per alium*, §. *docere*, *ff. ne quis eum qui*, Boss. *in tit. de delict. n.* 3 *&* 4. *Quod multis eleganter deducit* Farinac. *in practic. crimin. q.* 2. *n.* 1. *&* 4. Si itaque in qualitates & circumstantias hujus commenti inquisivisset, Judex utiq; cognovisset falsitatem delationis & confessionis. 695 696

Ad undecimum argumentum respondemus, ex iis, quæ suprà deducta sunt, satis superq; patere, Juris ordinem in isto processu, maximè quatenus ille concernit Dominam viduam, non esse observatum, adeoq; præsumptiones juris omnes contra Judicem vigere, *per ea quæ in respons. ad prim. argumentum adduximus. Neq; adversatur text. in l. quod Reipublicæ* 33. *ff. de injur. qui maximoperè in Apologia urgetur:* Quia ille textus † loquitur restrictè & limitatè, tunc videlicet demum excusari Magistratum, si Reipublicæ causa aliquid decernat, quod ad alicujus contumeliam spectet, si id faciat *secundùm bonos mores*, hoc est, † servato Juris ordine, *c. eorũ qui, in fin.* 11. *q.* 3. solenniter, *cap. in primis vers. Quod si fortè hæc solenniter acta non sunt*, 2 *quæst.* 1. secundùm leges divinas, Genes. 18. *vers.* 21. *cap. Deus omnipotens*, 2. *quæst.* 1. secundùm Juris publici formam, *l. si quis homicidii*, *C. de accusation.* secundùm formam constitutionum, *l. absentem*, *C. de accusat. ex præscripto ordinationum criminalium* Carolinarum, *artic.* 83. *ibi:* **In allen peinlichen Gerichtlichen Händeln/ sollen Richter vnnd Schöpffen/ diese vnsere Ordnung gegenwertig haben/ vnnd darnach handeln/ &c.** Ita ut nihil nocendi cupiditate, sed omnia consulendi charitate fiant, *teste* Augustin *in c. prodest*, 23 *q.* 4. non ex odii fomite, sed charitatis affectu, *cap. qualiter & quando, extr. de accusat.* 697 698

Quando † enim leges nostræ dicunt, aliquid fieri debere secundùm bonos mores, hoc volunt ne offendatur pietas, *l filius*, *ff. de condition.* nevé negligatur Justitia & veritas, *c. cum oporteat*, *c. qualiter & quando*, *extr. de accusat.* Et generaliter secundùm bonos mores fieri dicitur, quod fit † secundùm leges & constitutiones, secundùm Jus naturale & gentium, *per ea quæ tradit* Gœdd. *ad l.* 3. *sub num.* 38. *de verb. signif.* Andr. Geil. *observ.* 39. *n.* 15. Petr. Peck. *in c. non est obligatorium*, *de reg. jur.* 6. Vel secundùm laudabiles & rationabiles locorum consuetudines, Nicol. Reusner. 1. *consil.* 19. *n.* 57. *& seqq.* 699 700

Neque enim † publicæ utilitatis & severitatis prætextu, privata utilitas negligenda, & innocentes supprimendi: quia leges naturæ & omnia Jura eo 701

reſpiciunt, ut utilitas publica & privata oſculentur ſe invicem. Hinc JC. Paulus, alterum, inquit, utilitas privatorum: alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat, *l. locatio, §. 5. in fin. ff. de publican. & vectigal.* Quod eleganter expreſſit Frideric. Imper. dum dixit: Imperialem decere ſolertiam ita Reipublicæ curam gerere & ſubjectorum commoda inveſtigare, ut regni utilitas incorrupta perſiſtat, *& ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur, cap. 1. in princ. de prohibit. Feud. alien. per* Frider.

702 Et nota eſt illa 12. tab. lex: † Salus populi ſuprema lex eſto, Nec eſt Ju-
703 ſtitia, † propter nocentes innocentem ſupprimere, gravare & diffamare, Vinc. Honded *conſil. 99. n. 22. vol. 1.* Intereſt quidem Reipubl. malis purgare provinciam hominibus, & in delinquentes ſeveriùs animadvertere; ſed & magis in-
704 tereſt ne innocentes † detrimentis afficiantur, *l. ſervum, 33. §. publicè, de procurat. l. abſentem, de pœn. l. 2. §. fratris ff. ſi aliq. teſtam. l. ſi fratres, 53. §. fin ff. pro ſoc. l. ſi is cum quo, 20 ff. comm. divid.* Matth. Weſenbec. *conſil. 45. n. 50.*

705 Nec † Magiſtratui fas eſt per injuriam aliquid facere, *l. nec Magiſtratui ff. de injur.* Et quemadmodum delicta non debent manere impunita, & juſtificari
706 impius; † ſic nec condemnari juſtus, utrumq; enim apud Deum abominabile eſt, Proverb. 17. *verſ.* 15 Albert. Gandin. *in tract. de malefic. tit. de receptator. n. 11.*

707 Non † enim Juſtiſſimus Jehova vult juſtum perdere cum impio, ſed potiùs propter decem juſtos multis injuſtorum millibus parcere, Geneſ. 18. *verſ.* 21. *& verſ. fin.* Ezech. 18. *verſ.* 5. Idque etiam Carolinæ inculcant conſtitutiones criminales ſtatim in exordio, ita videlicet in puniendis delictis, Judicem procedere adhibitâ prudentiâ, ne innocentes graventur, &c. P. H. O. *artic. 1. ibi:* **damit niemand Vnrecht geſchehe/ ꝛc.** Cùm enim leges ideò nocentes, & malos pœnis afficiant, ut innocentes & boni ſubleventur & defendantur, non debet
708 id, † quod in innocentium ſalutem directum eſt in perniciem eorum detorqueri, *text. in l. quod favore, C. de legibus.*

709 Quod enim juſtum eſt, † vel juſtum eſſe putatur, id juſtè nobis perſequendum eſt, Deuter. 16. *verſ.* 20. Ubi Jehova, juſtè, inquit, quod juſtum eſt per-
710 ſequeris, ut vivas, &c. Non enim ſunt † facienda mala, ut eveniant bona, monet Apoſtolus, *& can. forte, 14. q. 5. c. ſic non ſunt, 32 q 4. cap. fin. 32. q. 8.* Imò ne
711 quidem bonum † faciendum, ſi ex eo majus malum oriri poteſt, Abb. *in c. cum ab omni, n. 2. de vit. & honeſt. Cleric.* Cravett. *conſil. 6. n. 86.* Sigiſm. Scacc. *de Iudic. lib. 1.*
712 *cap. 12. n. 49.* Unde Paulus, non omnia, † inquit; quæ licent ædificant & ex-
713 pediunt, 1. Cor. 10. *verſ.* 23. Ideoq; licitum ita † coarctandum & faciendum, ut
714 illicitum evitetur, *l. tutor. de ſuſpect tutor.* Majus † autem malum eſt damnis afficere innocentem, quàm dimittere nocentem, *d. l. abſentem, ff. de pœn.* Ideoq; po-
715 tiùs debemus † pati malum, quam ut faciamus peccatum, *c. quod ſacris, extr. quod*
716 *met. cauſ. c. ſicut cum trib. ſeqq. 32. quæſt. 4.* Nam facere † vel committere injuriam, quocunq; modo, vel ſub quocunq; prætextu, omni Jure etiam naturali prohibitum eſt, Maſcard. *de Probat. concluſ. 902. vol. 2. n. 6. 7. & 8.*

Debent

Debent itaq; Judices † cum Dei & legum timore tribunal conscendere, 717
Nov. 23. cap. 3. Et actus † suos regulare à Justitia poli & fori, & summopere cu- 718
rare, ne dilectionem proximi offendant, nevé tempestate potiùs quàm potestate utantur, Zas. *consil. 10. n. 7. lib. 2.* Ferdinand. Vasq. *1. controv. cap. 1. num. 20. & lib. 2. c. 51. n. 65.* Ubi inferunt, nec summum † Principem prætextu publicæ uti- 719
litatis, subditos posse opprimere vel damnis afficere, & si quid agat, id agere debere sine alicujus injuria, *l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. l. nec avus, Cod. de emancip. lib.* Matth. de Afflict. *decis. 286. nu. 3.* Andr. Geil. *1. observ. 56. num. 9. & seqq. & observ. 58. n. 4. & seqq. lib. 2.* Nicol. Reusn. *1. consil. 1. per tot.*

Cùm itaq; Dnn. Directores hujus processus non secundùm bonos mores, hoc est, Jura, leges & constitutiones procedendo aliquid ad contumeliam innocentissimæ matronæ ejusque filiæ fecerint, non rectè dict. Legem, quod Reipubl. &c. ad sui exculpationem allegant, neq; culpa carent. Nihil † enim 720
interest, ex quàm honesta causa quis insaniat, *inquit* Hieronym. *2. contra Iovian.*

Et quid quæso Reipubl. inde boni provenire potuit, quod Domini Directores de Domina vidua ejusq; filia, falsa crimina pro veris in Judicio publicârunt, & diffamationi honestarum & Nobilium personarum occasionem contra omnia humanitatis Jura præbuerunt. Et sanè † qui publicæ student uti- 721
litati & severitati, cum oppressione innocentium, illi ventum seminant & turbinem metunt: Oseæ *cap. 8. vers. 7.* concipiunt quisquilias & pariunt stipulas, Esa. 33. *vers. 11.* Ova aspidum fovent, & telas araneæ texunt, & opera eorum opus iniquitatis & violentiæ, ac pedes eorum ad malum currunt & festinant, ut effundant innocentem sanguinem, Esa. 59. *vers. 5. 6. 7.*

Similis est ratio aliarum in Apologia allegatarum legum, quòd videlicet Juris executio non habeat injuriam, quia ex suprà deductis patet, non posse dici Juris executionem, si innocentes damnis afficiantur, inauditi & indefensi diffamentur, publicatis de iis falsis & atrocibus criminibus pro veris.

Duodecimum quod attinet, non constat nobis de illo recessu Diæcesano, nec quicquam ex actis nobis transmissis, de ejus contentis exploratum habemus: Putamus tamen recessum illum cum Reverendissimo loci Episcopo tanquam Principe Imperii laudatissimo, & patriæ patre meritissimo ita esse initum, ut juxta allegata suprà Jura & Friderici Imper. at constitut. Et publica utilitas & status singulorum jugiter illæsus servetur: Si itaque talis extat recessus, **das man die völlige Vhrgicht mit aller Personen Namen / darauff dieselbige gerichtet / ohne einiges Nachdencken / vbergeben vnd verlesen lassen möge / &c.** Ille utiq; non crudè & indigestè, sed civiliter † erit intelligendus, *l. 9. ff. de servit.* Ne 722
inde injuriarum † oriatur occasio, unde Jura nasci oportet, ceu Impp. Grat. 723
Valentin. & Theodos. rescripserunt, *in l. meminerint, C. unde vi.*

Si autem † ille recessus ita crudè intelligeretur, quascunque de quibus- 724
cunque etiam honestis & innocentibus personis, à malevolis & levissimis hominibus,

hominibus, confessiones effusas per se falsissimas, ante veritatis inquisitionem publicare, in Judicio licere, quid aliud quam occasio injuriæ & diffamationis
725 honestorum iste recessus existeret. Deinde † iste recessus ita intellectus, non solùm offenderet dilectionem proximi, & innocentes damnis afficeret, sed etiam contra pietatis, honestatis & Juris Civilis ac Carolinarum Constitut. regulas, quæ jubent inquisitionem veritatis ante omnia faciendam, & confessiones reorum pro exploratis facinoribus non esse habendas, directè tenderet,
726 adeoque Jure non subsisteret. Nam ut ait JC. Gajus, contra Juris † Civilis regulas pacta conventa rata non habentur, *l. contra, 28. ff de pact.*

Et Imper. Antonin. rescripsit: Pacta quæ contra leges, constitutionesque vel bonos mores fiunt, nullam vim habere, *l. pacta quæ, 6. Cod. de pact. l. non dubium, C. de legib. cum similibus.* Non enim verisimile est, Justissimum Principem voluisse inire cum Reverendo Capitulo conventionem contra bonos mores Juris pu-
727 blici regulas, & Carolinas Constitutiones, quia Princeps † tanquam justitiæ plenus præsumitur velle quod Jura volunt: *l. digna vox, C. de legib. l. ex imperfecto, C. de testament.* Berthazol. *consil. 366. n. 27.* Cothman. *4. consil. 12. n. 141.*

728 Talis namque præsumitur intentio † Principis, qualis est legum candor & juris naturalis integritas, *ut ex* Bald. *& Zas. tradit* Geil. *2. obs. 76. num. 11.* Garc. Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 4. n. 44* Hieron. Cævall. *in spec. com. opin. q. 906. n. 23. Quod multis & eleganter persequitur* Nicol. Reusner. *1. consil. 1. n. 126. usq; ad fin.*

Quare si consideremus istum recessum, ut pactum & conventionem, ad Juris Civilis regulas is redigendus est: Si verò ut statutum, idem obtinet:
729 Quia statuta etiam debent esse rationabilia: Ideoq; interpretationem † ex jure communi recipiunt & admittunt, *l. si servi vestri, & ibi* Salicet. *Cod. de noxal. action.* Mascard. *de interpret. statut. concluf. 2. num. 80. & seqq.* Wesenbec. *consil. 14. n. 10. & Consi. 47. n. 38.* Forster. *de succession. ab intest. lib. 8. c. 17. n. 4.*

730 Illaque interpretatio † ita facienda, ut quàm minimè à Jure communi recedatur, *l. præcipimus, in fin. Cod. de Appellat. l. si verò, §. de viro, ff. solut. matrim. l. quod verò, & l. seq. C. de legib.* Alexand. *consil. 140. num. 4. vol. 2.* Cravett. *consil. 259. num. 2.*
731 Mynsing. *observ. 5. cent. 1.* Etiamsi † à proprietate verborum esset recedendum, Roman. *consil. 338. n. 10.* Cravett. *consil. 197. n. 6. vol. 2.* Alexand *consil. 85. n. 12. lib. 4.*

732 Unde † nec statuto caveri potest, ut nulla admittatur interpretatio, & si talis clausula adjecta sit, tantùm de frivola intelligendum est, *ut monet* Bart. *ad l. omnes, n. 65. ff. de Iust. & Iur. per l. 1. § fin. & l. 2. § pen. C. de vet. jur. enucl.*

733 Quamobrem recessus † iste de publicandis reorum confessionibus, etiam de tertiis & aliis factis, expressis eorum nominibus, hanc recipiet interpretationem ex Jure divino, naturali & communi, si confessiones istæ veræ sint, & Judici ex diligenti veritatis indagine exploratæ & indubitatæ, illiq; contra quos istæ confessiones tendunt, non solùm tales sint personæ, in quos suspicio ejusmodi delicti commissi cadat, sed etiam desuper cum suis defensionibus

auditi,

auditi, innocentiam suam purgare non potuerint. *Si alium sensum quis arripiet hujus recessus, is hoc in effectu asseret, judici licere cum discrimine existimationis innocentium vagari, falsa pro veris publicare & diffamationibus & calumniis viam aperire, quod divina & humana pariter jura vetant.*

Quinimò ratio naturalis tanquam † rerum omnium rectissima arbitra, 734
arg. l. scire oportet, §. 51. ff. de excusat. Angel. *consil.* 110. *nu.* 5. Cothman. 1. *consil.* 22. *nu.* 5. Divini splendoris radius: Contaren. *de Republ. & Magistrat. Venet. lib.* 1. Recti consilii & recti judicii fons & scaturigo, Lipsi. *lib.* 1. *de Constant. cap.* 4. Cordibus hominum insculpsit, & cum ipso genere humano, hanc prodidit maximam: Quod † tibi non vis fieri, alteri ne feceris. *Si* itaque quis quæreret ex Dnn. Di- 735
rectoribus, si contingeret à levissimo nebulone vel alio Diaboli mancipio apud Judicem N. vel alibi locorum de ipsis eorumq; uxoribus & liberis charissimis, nefanda scelera & atrocia crimina, puta veneficii, furti, latrocinii, raptus, rapinæ & similium falsò, ad suggestionem vel ex odio confitentium aliorumque ita incitantium spargi essetne æquum ista statim illis desuper non auditis, neque veritate indagata, pro exploratis facinoribus in Judicio publicare, & ita ipsis, & toti familiæ labem adspergere? omnes procul dubio uno ore responderent: minimè gentium. Ergo omnia † quæcunque vultis, ut homines faciant vobis, 736
ita & vos illis, Salvatoris præcepto, facere debetis. Hæc est enim Lex & Prophetæ, Matth. *cap.* 7. *v.* 12. *&* 13. Lucæ *cap.* 6. *v.* 31.

Denique non videmus quare Dnn. Directores isthæc falsa de Domina vidua ejusque filia conficta & ementita crimina pro exploratis facinoribus publicè prælegi fecerint puellæ: Aut enim illa tanquam circumstantias aggravantes delictum puellæ prælegerunt & publicarunt, & hoc, antequam illas circumstantias ex veritatis inquisitione, quæ tamen hic planè neglecta est, pro certo exploratas haberent, juxta allegata suprà Jura & Constitutiones Criminales, facere minimè potuerunt. Aut non pro exasperanda puellæ pœna, sed ad gravandam Dominam viduam ejusque filiam: Et hoc malè & contra leges: cum illæ prius non fuerint desuper auditæ, & crimina ista notoriè fuerint falsa & conficta.

Quod itaq; neque Reipublicæ neque ulli hominum prodest, alteri verò nocet & innocentem famæ & existimationis jacturâ præter meritum afficit, neque piè, neque honestè, neque justè fieri potest, multò minus Reipublicæ venerandæ causâ factum dici meretur: per ea quæ modò deduximus. Maximè cum Reipublicæ † interfit, cives maximè Nobiles integros sine calumniæ & 737
infamiæ macula conservare. Novell. 85. *in pr.* Ernestus Cothman. *Consil.* 29. *num.* 444. *vol.* 3.

Quinimò † sinistra ex ipso facto oritur præsumptio, si actus qui geritur 738
nihil prodest facienti vel Reipublicæ, nocet autem alteri, Mascard. *Concl.* 815. *num.* 2. *vol.* 7. Joh. Gœdd. *consil. Marp.* 28. *n.* 69.

Quæ prætera de ſtylo judicii argumento huic 12. adjecta ſunt, planè deſtructo eo, ſuper quo conſtructa erant fundamento, per ſe concidunt, nec aliæ refutatione indigent. Quæ denique adjiciuntur, quod præter intentionem fortè Dominorum Directorum factum ſit, quòd puella nomen Dominæ viduæ ejusque filiæ in judicio exclamârit, eos omninò non excuſat, per ea quæ deducuntur *infr. in quæſt.* 5. reſolutione *ſub* 4. dubitandi ratione *verſ.* nec adverſatur, &c.

Ad decimum tertium, Reſpondemus I. Illud reſponſum venerandæ Facultatis Wittebergenſis Apologiæ adjectum eſſe ſine dato vel ſine die & conſule,
739 adeoque ſuſpicione † non carere, *l. 1. & 2. & quæ ibi notant Dd ff de edend.*

II. Reſponſum illud non fuit petitum ante, ſed poſt factam executionem & publicationem, ut apparet ex contentis. Ideoque autem præpoſte-
740 rationis vitio vix excuſatur: Quia conſilium prudentum † debet peti ante factum, Syracid. *cap.* 32. *v.* 24. Hinc Poëta Mantuan. Ecclog. 2.

——— ——— *Utile non eſt*
Conſilium poſt facta dari, quod oportuit ante
Conſilium poſt facta, imber poſt tempora frugum.

741 Et dicunt noſtri: † **Zu geſchehenen Dingen/ ſoll mann das Beſte reden.**

III. Narrata, ſuper quibus illud reſponſum fuit impetratum non ſunt adjecta Apologiæ, ideoque de ipſo reſponſo judicari non poteſt. Solent enim
742 JCti † reſpondere ſecundùm narrata.

743 IV. Reſponſum † illud Dominorum JCtorum Wittebergenſium interpretandum ſecundùm regulas Juris divini, Canonici, Civilis & Conſtitutiones criminales, atque adeò credendum eos citra controverſiam illud pro indubitato præſuppoſuiſſe: Magiſtratum videlicet conſulentem in confeſſionum iſtarum, de perſonis tertiis factarum, veritatem inquiſiviſſe omnesque confeſſionis articulos, ejusque circumſtantias exploraſſe, & de his certò ſibi conſtitiſſe.

V. Nos cum Dominis Wittebergenſibus in hoc conſentimus, quod totum Reverendum Capitulum propter paucorum, qui proceſſum hunc direxêre, exceſſum, injuriarum actione conveniri commodè non poſſit, prout ſuo loco pluribus proſequemur. *Hactenus de tertia Quæſtione.*

QUARTÒ QUÆRITUR.

Cum Nobiliſſima virgo N. N. ejusq; fratres & tota familia, defunctâ jam matre, contra quoscunque citationem ex l. diffamari emaneri curarint, an adhuc impoſito ſilentio nihilominus actioni injuriarum locus eſſe poſſit?

744 ET quidem id negandum videtur. Nam, I. Expeditum eſt quoties † concurrunt plures actiones rei nomine, una quis experiri debet, *inquit* JCtus Ulpian.

Ulpian. *in l. nemo ex his, §. 1. ff. de R. I. cui concordat* IC. Modestin. *in l. plura delicta in fin. princ. ff. de O. & Act.* Ubi ita respondit: si ex una obligatione plures actiones nascantur, una tantummodo non omnibus utendum est. Ideoque actor, † eo 745
casu quo ejusdem rei nomine plures ei actiones competunt, unum eligere debet, quâ intentata, regressus ipsi ad aliam non dabitur, *ut dicit* Ulpian. *in l. quod in herede, §. 1. ff. de tributar. act.* Joh. Meichsner. *Decis. camer. 9. n. 26.* & *Decis. 13. n. 109. 110. & seqq. tom. 3.* Et hîc locum habet, quod dicitur, via † quam semel elegisti 746
tibi pateat. *l. si mulier. § fin. ff. quod met. caus.* Coler. *de Process. execut. part. 1. c. 10. n. 223.*

II. Duo † remedia ordinaria electivè non cumulativè concurrunt, 747
per ea quæ tradit Zas. *singul. resp. cap. 20. n. 16.* Atqui tàm actio † injuriarum, quàm 748
ex l. diffamari ordinaria est, quia utraque ex lege competit.

III. Facit quod utraq; actio tendat ad vindictam, altera ad perpetuum silentium irrogandum, altera vel corpori vel famæ damnum inferendum. Constat autem, quoties † plures actiones ejusdem facti nomine ad vindictam com- 749
paratæ sunt, unâ intentata aliam tolli. *l. un. Cod. quando civil. act. præjudic. crimin.* Bart. *ibid. n. 2. text. in l. prætor edixit, § si dicatur, ff. de injur.* Andr. Geil. *1. observ. 65. nu. 1.* Joh. Sichard. *ad l. 3. sub n. 4. C. ad L. Aquil.*

IV. Cum diffamatus in actione l. diffamari petat & concludat, ut diffamator inposterum desistat à diffamatione, priorem diffamationem tacitè censetur remisisse. Ideoque † ad eam vindicandam admittendus non est. *l. non so-* 750
lum, § 1. ff. de injur. l. postquam liti. C. de pact. Nam renunciantibus jura sua non datur ad ea regressus, *cap. quàm periculosum, 7. q. 1. l. quæritur, §. si venditor, ff de ædil. edict. l. 1. §. qui semet. ff. de succ. edict. l. Herennius, ff. de evict.* Surd. *consil. 152. num. 1.* Menoch. *consil. 197. n. 87.* Roland. à Vall. *consil. 95. n. 34. vol. 1.*

Sed hisce & similibus non obstantibus verior † & communior juris sen- 751
tentia est, actionem injuriarum per intentatum antea remedium ex L. diffamari, non censeri sublatam. Siquidem dictum remedium L. diffamari C. de ingen. manumiss. ad hoc saltem datur, ut diffamatori silentium perpetuum imponatur: tamen cum ultra hanc perpetui silentii impositionem, alia pœna contra diffamantem ex d. l. diffamari, exigi non possit: Interim Reipublicæ ac privatorum maximè intersit, ejusmodi diffamatores, qui sine legitima causa cum discrimine existimationis honestorum malo exemplo vagantur, dignis pœnis affici, ideoq; ne id omninò impunè ferant, læsis patere debet actio injuriarum seu de dolo & ad interesse. *ut tradit* Speculat. *tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum est de rescindend. vendit. vers. ult. not. cum duob. seqq. quem allegat & sequitur.* Bartholom. Blarer. *ad L. diffamari, cap. 1. n. 5. & cap. 5. n. 32. 33. 34. 35.* Cæsar. Contard. *ad d. l. diffamari, num. 130.* Hieronym. Cagnol. *ad eand. L. nu. 4. Et ita etiam novissimè respondit.* Ernest. Cothman. *consil. 4. n. 29. & seqq. vol. 3.* Ubi id de communi ferè curiarum consuetudine servari testatur.

Hisce accedis, quòd in jure nostro sint constituti modi, quibus obligatio,

752 quæ ex injuria oritur, tollatur, quibus remedium intentatum d.l. diffamari non invenitur adnumeratum, ideoq; nec per illud obligatio ex injuriis descendens,

753 censebitur sublata. Sicut enim non quovis † modo inducitur obligatio, ita nec quovis, sed legibus demum constituto & confirmato tollitur modo, *ut eruditè ostendit* Jacob. Cujac. *ad l. 1. ff. de Pact.* Francisc. Duaren. *ibid.* Reliqua pro hac sententia fundamenta patebunt ex responsionibus subjectis ad allatas modò ditandi rationes.

Ad primum respondetur, adducta jura procedere, videlicet una ex pluribus actionibus competentibus electa, regressum non dari ad aliam, nisi plus sit in

754 una quàm in alia. Si enim † ex eodem facto duæ competant actiones, postea judicis potius partes esse, ut quo plus sit in reliqua actione, id actor ferat, *Resp.* JC. Paul. *in l. quoties*, 41. §. 1. *ff. de action. & obl. gat. l. si actum*, 43. *ff. pro soc. l prædia*, 28 *ff. de action. empt.* Bart. *in l. nunquam plura, nu.* 3. *ff. de privat. delict.* Hubert. Giphan. *ad l.* 43. §. 1. *n.* 2. *ff. de R. I.* Anth. Matth. *ibid. n.* 6. *Latè* Matth. Coler. *de Proces. execut. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 53. 54. 55. *& seqq.* Georg. Obrech. *de Concip. & form. libell. cap.* 22. *n.* 23. *& seqq.*

755 Tunc enim unius † præstatio reum conventum ab altero non liberat, etiam in pœnalibus, *l. cum ex uno*, 32. *Vbi IC. Hermogenian.* Cum ex uno, inquit, delicto plures nascuntur actiones, sicut evenit, cum arbores furtim cæsæ dicuntur, omnibus experiri permitti, post magnas varietates obtinuisse, *ff. de obl. & act. l. 1. l. si colonus*, 9. *§. ult. ff. arb. furt. cæs. l.* 1. *§. dixerit, ff. de public. l.* 1. *ff. de vi. bon. rapt. l.* 4.

756 *§ cum Domina, & §. ult. ff. de noxal. act.* Obrecht. *d. lic.* Iniquum † quippe esset, ei cui duo jura proposita sunt, propter id quod minus est, auferri id quod uberius est, scribit Hug. Donell. *Commentar. jur. civil. lib.* 19. *c.* 4.

757 Constat autem pinguius † esse remedium actionis injuriarum quòd non solùm ad pœnam criminalem fisco applicandam, seu corporis afflictivam, sed etiam civiliter ad æstimationem & recantationem intentari potest, quam actionem ex L. diffamari, quæ eò saltem tendit, ut diffamator, nisi in judicio legitimas diffamationis causas deducat, silentium perpetuum imponatur, ut in

758 posterum abstineat: Quod itaque † adjectum est, viam quam quis semel elegit, ei patere, id ex modò deductis ita intelligendum, si quis viam talem eligat, per quam præcludatur postea aditus ad aliam. Jam verò actio L. diffamari non est ejus naturæ & conditionis, ut præcludat viam ad actionem injuriarum.

Ad secundum respondetur, an actio l. diffamari ordinarium, an verò extraor-

759 dinarium sit remedium, inter Dd. non convenit. Nam extraordinarium † hoc esse remedium, post Bald. Felin. & alios statuit Cæs. Contard. *ad d. l. diffamari, num.* 98. *& seqq.* Sed posito hoc remedium esse ordinarium, non tamen hujus electione actio injuriarum consumitur: quia probatum est modò in præce-

760 denti responsione etiam ordinariis † remediis pluribus ex eodem facto competentibus uno electo, alterum quod pinguius est & plenius actori prospicit, non tolli. Et ipse Zas. *alleg. loc. 2. sing. resp. cap.* 20. *nu.* 34. declarat regulam à se propositam

positam fallere si plures actiones & remedia ordinaria, se compatiantur & cumulari possint. Jam verò ex casu quo unum remedium pinguius est altero illa se compatiuntur & cumulativè competunt.

Ad tertium respondemus, actionem L. diffamari, † propriè non tendere ad 761
vindictam vel pœnam commissæ diffamationis, sed ad hoc esse comparatam, ut reo injungatur silentium perpetuum, ut in posterum abstineat à diffamatione, nisi judicio experiatur, & si quas se justas diffamationis causas habere putet, legitimè deducat, *d.l. diffamari, & ibi.* Joh. Oldendorp. *num.* 12. Blarer. *in pr. ibid. num.* 6. *& cap.* 1. *nu.* 5. Didac. Covarr. 1. *var. resolut. cap.* 18. *in pr. & num.* 7. *cum seq.* Boër. *Decis.* 255. *n.* 9. *&* 10. Geil. 1. *obs.* 9. *n.* 2. *& seqq.* Nulla itaque pœna nulla vindicta est, inhibere diffamatori, justas rationes adducere non valenti, ne in posterum diffamari pergat, cum id tàm civilis quàm naturalis ratio eundem prohibeat.

Ad quartum respondemus, illud legitima & probabili carere consequentia. Non enim † sequitur: Titius petiit sibi decerni processus ex L. diffamari. Ergò 762
renunciavit actioni injuriarum: Cum ex modò adductis constet, ista remedia esse compatibilia & diffamato cumulativè competere, quo casu unius electio alterum non tollit. Deinde juris est expediti, renunciationem † in dubio non 763
præsumi, sed eam per probationes excludentes & arctiores evidenter probandam esse, *text. in cap. super hoc extra de renunc.* Bald. *in l.* 1. *notab. ult. C. de edict. D. Adr. toll.* Tiber. Decian. *consil.* 100. *n.* 24. *vol.* 3. Cravett. *consil.* 206. *n.* 10. Wesenb. *consil.* 11. Cephal. *consil.* 84. *in fin. lib.* 1. Adeò ut ex actu † aliquo etiam proximo non indu- 764
catur, nisi de ea expresè agatur. *cap. sane & ibi gl. in verb. Sustinere in fin. extr. de renunc.*

Et generaliter quoties † alia conjectura capi potest, quam remissio juris 765
competentis, illa potius quàm hæc arripienda. Cephal. *consil.* 25. *num.* 50 *lib.* 1. & *Consil.* 434. *n.* 5. *lib.* 3. Siquidem remissio † juris est quasi quædam donatio. *l. con-* 766
tra. §. *si filius, ff. de pact.* Bart. *in l. si quis delegaverit, ff. de donat.* Wesenb. *consil.* 42. *n.* 55. Nemo † autem suum jactare præsumitur, *l. cum de indebito, ff. de condict. indebit.* At- 767
qui ex intentato L. diffamari, remedio, alia, quam remissionis actionis injuriarum capi conjectura potest, videlicet illa, quæ & naturæ illius beneficii competit, ut diffamatori, nisi judicio experiri velit, injungatur, ut à diffamatione desistat, vel etiam in eum finem, ut diffamato certò constare possit, quasnám diffamationis suæ causas diffamator allaturus sit, & si legitimas non habeat, diffamatus eò melius proposita injuriarum actione, diffamationem prosequi possit, indeque hoc † L. diffamari, remedium quodammodo præparatorium actionis 768
injuriarum esse potest. *Vti eruditè monet, in hanc sententiam respondens* Ernest. Cothman. *d. consil.* 4. *num.* 32. *iunct. num.* 34. *vol.* 3.

SUCCEDIT JAM QUINTA QUÆSTIO.

In qua hoc proponitur, quod cum Domini Consulentes pro certo teneant, hanc diffamationem à quibusdam ex Dominis Capitularibus, qui hujus processus, nomine tamen collegii totius, instituti Directores exstitere, vindictæ studio ac eo animo factam, ut per eam ipsis piè defunctæ matri, sorori, totiq; familiæ ignominia & dedecus inferretur, Annè propterea quòd tam siculneo & fragili fundamento inhærentes, huic diffamationi occasionem præbuerint, recipiendo tàm frivolas, falsas & varias delationes easq; publicando pro veris & exploratis facinoribus, & quod eandem diffamationem non obscurè in prætensa sua Apologia prosecuti sint, actione injuriarum conveniri possint?

769 ET quidem hoc ipsum sequentes suadent rationes & argumenta: I. Quod facere † vel committere injuriam quocunque modo, tàm naturali quàm civili jure sit omninò prohibitum, *per ea quæ tradit* Mascard. *de Probat. conclus. 902. num. 6. 7. & 8.* Joh. Gœdd. *consil. Marp. 26 n. 70. in fin. vol. 2.* Ideoque neminem ex-

770 cusari eam committendo, ne quidem Magistratum vel Judicem, † *per text. in l. nec magistratibus, 32. ff. de injur.* Ubi JC. Ulpian. Nec Magistratibus, inquit, licet aliquid injuriosè facere, si quid igitur per injuriam fecerit Magistratus, vel quasi privatus, vel fiducia Magistratus, injuriarum potest conveniri. *l. continet, 3. §. 1. ff. quod met. caus. ubi idem* Ulpianus. Cæterum, inquit, si per injuriam quid fecit populi Romani Magistratus, vel provinciæ præses Pomponius scribit edictum, quod metus causa locum habere, *fac. l. quidem, 29. §. Magistratus, ff. ad L. Aquil.* Prosp. Farinac. *de var. ac diverf. crimin. quæst. 105. n. 13.*

771 Igitur II. non solum procedit, quando † Magistratus est singularis persona, sed etiam universitas, Collegium, Capitulum, &c. *arg. l. metum, §. animadvertendum, & ibi gl. ff. quod met. caus. l. sed & ex dolo. 15 §. 1. ff. de dol. mal. Auth. item nulla communitas, C de Episcop. & Cler.* Innocent. *in cap. gravem, nu. 2. extra de sentent. excom.* Oldrad. *consil. 65. n. 7.* Ubi dicit, communem hanc esse Dd. sententiam, *Quem ad hoc allegat & sequitur* Ernest. Cothman. *consil. 32. n. 208. vol. 3.* Mynsl. *obs. 78. cent. 4.* Joh. Harprecht. *ad §. non solum, n. 56. Institut. de Injur.*

772 Siquidem & dolus † delictum & consequenter etiam pœna in Universitatem & Collegium cadit, per allegata modo Jura. Alber. *in l. si quis in tantam, col. 3. vers. quidam dicunt, C. unde vi.* Paul. Paris. *consil. 21. num. 30. lib. 4.* Ubi dicit esse communem conclusionem, Julius Clar. *lib. 5. Senten. §. fin. quæst. 16. num. 8.* Andr. Geil. *2. de Pac. publ. cap. 9. n. & seqq.*

Non

Non obstante quod Collegium Universitas seu Capitulum habeat dignitatem: quia dignitas in delictis nihil relevat, adeò ut ex dignitate † delinquentis delictum efficiatur gravius, *cap. 1. §. Iudices, ubi* Bald. *de Pac. juram. firm.* Aym. Cravett. *consil.* 118. *sub n.* 8. Reatu enim majori delinquit, qui honore potiori præfulget, *cap. nulli, 25. quæst. 1.* Et quanto † quis est sublimior, tanto debet esse perfectior Mich. Ulcurrun. *de Regim. mund. q. 2. n. 14.* Unde illud Satyrici: † 773 774 775

Omne animi vitium tanto conspectius in se.
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Quod nostri ita efferunt:

Je höher Bergk/ je tieffer Thall/
Je gröſſer Mann/ je ſchwerer Fall.

Idem obtinet, etiamsi delinquentes sint Clerici: quia † illi vel maximè vitæ integritate, & exemplo aliis prælucere debent. *text. in l. 8. in fin. C. de Episcop. & Cler. cap. non si in competenter, 2. q. 7. cap. Sacerdos, 3. q. 7.* Quod multis persequitur Apostolus 1. *ad Timoth. cap. 3.* Huc faciunt quæ in nostris terminis scribit Philipp. Comminæ. *lib. 5. histor. Galli.* † Quo potentior, inquit, & major est, qui facit injuriam, eò gravius dolere eos, quibus infertur, quod propter auctoritatem illius magis ad infamiam suam pertinere putent. 776 777

III. Censetur autem † Magistratus facere alicui injuriam, quando contra innocentem inauditum præcipitanter aliquid facit, dicit, vel publicat, quod ad diffamationem & existimationis ac dignitatis læsionem spectat, *d l. 32. ff. de injur.* Petr. Frider. Mindan. *de Processib. tib. 2. c. 13. nu. 7. & 8.* Johan. Harprecht. *ad §. non solùm, n. 64. Instit. de Injur.* Omne namque † verbum vel factum injuriosum, quod ad alterius fugillationem vel infamandi causam spectare potest, præsumitur injuriosè seu animo injuriandi factum. *l. 1. §. omnem autem, ff. de Injur. l. item apud Labeonem, §. generaliter, §. ait prætor, ff. eod.* Bart. *ibid. n. 5.* Farinac. *de var. ac diverſ. crimin. q. 105. n. 15.* Adeò ut purgatio † & contrarii animi probatio incumbat ei, *L. 1. si non convicii, C. de Injur. l. item apud. § feciſſe & mult. ſeqq. ff. eod. cap. 1. extra de præſumpt.* Geil. 2. *obſ.* 106. *n. 1. lib. 2.* Mascard. *concluſ. 902. nu. 6. 7. Vbi teſtatur de communi* Paris. *conſi. 149. n. 19. vol. 4.* Bernh. Wurmbser. *Pract. forenſ. lib. 1. tit. 47. obſ. 10.* Clar. *§. injuria, num. 12.* 778 779 780

Constat autem exactis & suprà deductis, Dominos Capitulares Directores processus hujus, nulliter inquirendo contra Dominam viduam ejusque filiam, & publicando de iis falsa & atrocia crimina per se injuriosa pro veris, existimationem & dignitatem earum multis modis gravasse, ac diffamationi fenestram aperuisse: Ideoque eos id injuriosè & diffamandi animâ fecisse, tàm diu præsumitur, donec illi contrarium evidenter probent.

IV. Nihil interest, an universitas vel collegium ipsum directò aliquem diffamârit, an verò diffamationi alicujus, nulliter & contra juris ordinem procedendo, occasionem præstiterit: Cum certi juris sit, etiam † ex occasione præ- 781

bita,

bita, jure aliquem conveniri & puniri posse. Jas. *consil.* 139. *num.* 1. *circ. fin. vol.* 4.
782 Ernest. Cothman. *consil.* 32. *n.* 290. *vol.* 1. Maximè † quando quis operam dat rei illicitæ, tunc enim semper ei imputantur quæ inde sequuntur. *d. l. si non convicii, Cod. de Injur. l. si ex plagis,* §. 1. *ad L. Aquil.* Felin. *in cap. si autem, num.* 1. *& 2. de Rescript.* Alexand. *consil.* 103. *nu.* 13. *vol.* 1. Andr. Geil. 2. *obs.* 110. *nu* 8. *& de Pac. publ. lib.* 1. *cap.* 7.
783 *num.* 13. *& seqq. Plenè* Cacheran. *Decis.* 104. *n.* 4. 5. 8. Sic in L. Aquilia, qui † damni occasionem præstat, damnum fecisse videtur, *l. qui occidit,* 30. §. *in hac quoque, ff. ad*
784 *L. Aquil. & in L. Cornelia.* Nihil † interesse putatur, an aliquis occidat, an verò mortis occasionem præstet. *l. nihil interest, ff. ad l. cornel. de sicar.* Schneidwin. *ad* §. *fin. num.* 7. *instit. ad l. Aquil.*

Res autem est illicita contra Juris ordinem innocentem & inauditum gravare, & de eo falsa crimina pro veris publicare, item non præcedentibus indiciis vel fama inquirere. Quin imò etiam rei licitæ operam dans, si eam non præstet diligentiam, quam præstare de jure obstrictus erat, exinde conveniri
785 potest: quia & imperitia † culpæ annumeratur, §. *præterea, cum* §. *seq. Instit. ad L. Aquil.* Ubi Medicus, qui perperam medicamentum adhibuit, tenetur, *l. illicitas,* §. *sicuti, ff. de offic. præsid. l.* 2. *ff. quod quisque Iur.* Mynsing. Schneidwin. *&* Dd. *ad l.*
786 §. *præterea, Institut. ad L. Aquil.* Adeò ut † Judex, qui condemnavit innocentem capite plecti possit, *ut tenet* Bald. *in rubr. Cod de pœn. Iud. qui malè judic. vers. quæro qualiter debet Iudex, &c.* Salicet. *ibid. in l. fin. eod. tit. text. in l. lege Iulia,* §. *hodie, ff. ad L. Iul. repetund.* Vel si id per negligentiam faciat, deponi possit, *l. si quos, Cod. de offic. præfect. orient.* Nicol. Boër. *Decis.* 147. *n.* 8. 9. 20. *& seq.*

Neque adversatur, quod Domini Directores falsa crimina de Domina vidua ejusque filia fecerint publicari suppressis earum nominibus, & quod divinare non potuerint, puellam in Judicio earundem nomina expressuram. Ad
787 hoc enim responderi potest, aliquem † injuriarum teneri, si ad alicujus infamiam, vel dignitatis læsionem aliquid fecerit, dixerit, susceperit, etiamsi eum non nominârit, *per ea quæ tradit* Jul. Clar. *lib.* 5. *sentent.* §. *injur. num.* 1. *in fin.* Alex. de
788 Nevo, *consil.* 82. Unde & † impersonaliter verba injuriosa proferentem vel publicantem, injuriarum conveniri posse ab eo, ad cujus contumeliam illa pertinent, haud incognitum est, *l. Lex Cornelia,* 5. §. *si quis, &* §. *quod Senatusconsultum, ff. de injur.* Bart. *in l. item apud,* 15. §. *cui, ff. eod.* Socin. Jun. *consil.* 38. *lib.* 3. Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 9. *cap.* 4. *n.* 107.

789 Et non excusatur Judex, si dicat, † non putâram, quia illa teste Cicerone,
790 non est vox prudentis. Nam prævidere † Judex prudens debet, quod verisimiliter contingere potest, quodq; ille suspicari potuit vel debuit, *arg. l. si quis domum,* §. 1. *ff. locat. text. in cap.* 1. §. *novit, ibi: futuris casib. prudenter occurrere, distinct.* 23. *cap. convenientibus, in princ.* 1. *q.* 7. *gl. in c.* 1. *in verb. præcaveri, extr. de serv. non ord.* Blarer. *ad l. diffamari, n.* 19. *C. de ingen. manumiss.* Barthol. Cæpol. *consil.* 34. *nu.* 50. 53. *&* 55. Sic,
791 qui † abortionis vel amatorium poculum exhibet, etsi non ea mente dat, ut occidat,

occidat, tamen homicidii ſecuti pœnam luit. *l.ſi quis, §. qui abortionis, ff. de pœn.* Similiter vim † inferens, non tantùm de vi, ſed & de omnibus facinoribus & damnis violentia illata commiſſis, tenetur. *C. ad l. Iul. de vi publ.* 792

Atqui ſuprà probavimus, judicem injuſtè & præcipitanter innocentem inauditum gravantem, cenſeri vim facere. Cùm itaq; noſter Judex non ſolùm ex abrupto non præcedentibus indiciis legitimis, & diffamatione injuſtè ad inquiſitionem contra Dominam viduam ejusq; filiam proceſſerit, & non habita veritatis inquiſitione falſa crimina pro exploratis de iis publicârit, ſed etiam cogitare potuit vel ſaltem debuit, talem publicationem injuſtam, damnoſam eſſe poſſe Dominæ viduæ ejusque filiæ & toti N. Nobiliſſ. familiæ puellamque iſtam vel ex deſperatione impunitatis vel ex malevolorũ incitatione, ad nominationem Dominæ viduæ, ſi ei falſa iſta de ea conficta crimina in Judicio prælegerentur, facilè proſilire potuiſſe, ideoque propter temeritatem & imprudentiam non † excuſatur, ſi cum diſcrimine alienæ exiſtimationis iniquè vagatus ſit. *l. prætor edixit, 7. in pr. ff. de Injur.* 793

Quia culpa † caſum præceſſit, adeoque is non excuſat, *per l. 1 §. cum arietes, ff. ſi quadrupes paup fec. d. c. l. quoniam multa, C. ad L. Iul de vi publ.* Cacheran. *Deciſ. 104. num. 75.* Maximè cum nulla iuſta fuerit cauſa, quæ Judicem movere debuit, ut iſthæc falſa crimina de Domina vidua conficta puellæ prælegi in judicio faceret, cum ejus delictum & factum aggravare iſta non potuerint, ut ſuprà circa fin. 3. Quæſtionis deduximus. Ubi autem juſta † inſtituti cauſa reddi non poteſt, utique calumnia præſumitur. 794 795

V. Totum Capitulum injuriarum actione noſtro caſu conveniri poſſe vel inde maximè infertur, quod etiam poſt factam publicationem, & ex ea ortam injuſtam diffamationem, Apologia quædam ſub nomine & auctoritate totius Capituli emanaverit, in qua proceſſus iſte omnesq; iniquitates & nullitates circa eum commiſſæ ratificantur, approbantur ab ipſo Capitulo ipſaque diffamatio continuatur: Quæ † ratificatio etiam in delictis æquiparatur mandato, *l. 1. §. ſed & ſi quod, l. 3. §. cum procurator, ff. de vi & vi arm. l. hoc jure utimur, de R. I. cap. 1. de homicid. in 6.* Hieronym. Schurff. *conſil. 55. n. 14. cent. 3.* Cacheran. *Deciſ. 138. num. 6. & aliquot ſeqq.* 796

Cum enim proceſſus iſte à Dnn. Directoribus fuit formatus, nomine & auctoritate Capituli, bene potuit † ab ipſo ratificari, etiam per deputatos, Bart. *in l. aut facta. §. nonnunquam, ff. de pœn. innocent. in c. gravem, de ſent. excomm.* Ancher. *conſil. 21. n. 32. lib. 4.* Matth. de Afflict. *Deciſ. Neapolit. 376. n. 3. 4.* Quod uſque adeò verum eſt, ut † non tantùm expreſſa, ſed & tacita ratificatio ſufficiat, Mynſing. *4. obſ. 79. nu. 5. ubi ſcribit*, Quod † per tacitam ratihabitionem & conniventiam univerſitas delicti particeps reddatur, etſi illud nullo communicato conſilio ſit perpetratum, *per tradita* Felin. *in cap. dilectus, 2. de Simon.* Jaſ. *in l. civitas, ff. de reb. cred.* Erneſt. Cothman. *conſil. 32. n. 319. & ſeqq. vol. 1.* 797 798 799

800 Satis enim est, quod † per conjecturas & actus sequentes colligatur voluntas & consensus Capituli, ad hoc ut omnes teneantur & puniantur, Card. *in Clement. 1. de pœn.* Felin. *in d. c. dilectus col. fin. vers. tertiò limita. Et ita ponderavit Dn. referens apud* Adrian. Gylman. *in Symphorem. part. 1. tit. 2. vol. 1. sub n.* 206. Eamque opinionem ut communem refert Villob. *in Com. opin. lit. u. n.* 46. Menoch. *Remed.* 9.
801 *recuperand. num.* 123. Eò magis quod † Capitulum dicatur Collegium parvum,
802 *ut dicit* Bart. *in l. 1. in fin. ff. de alb. scrib.* Indeque † præsumuntur omnes habuisse notitiam & scientiam, & quòd omnes voluerint actum ratificare, *uti pluribus deducit* Paul. Paris. *d. consil.* 21. *n.* 38. 39. 40. *lib.* 4.

Verùm licèt hæc sint ejus ponderis, ut gravissimis & justissimis hisce rationibus moti, sine suspicione calumniæ, Domini Consulentes Reverendum Capitulum injuriarum actione convenire & pulsare possent, attamen inspectis diligentiùs præsentis casus circumstantiis, nõ videtur è re Dnn. Consulentium, injuriarum actione Capitulum prædictum, convenire, sed potiùs aliis remediis tutioribus experiri.

803 Siquidem I. Certi & indubitati Juris est, ad hoc, † ut universitas aliqua vel capitulum actione pœnali pulsetur, non sufficere, quòd quidam, vel etiam omnes de collegio seu capitulo excessum committant; sed necesse est, ut id fiat communicato consilio, & habito tractatu, factum illicitum committendi, *uti*
804 *distinctè determinat*, Bart. *in l. aut facta*, §. *fin. n.* 9. *ff. de pœn.* Quem tanquam † Juris nostri speculum & lucernam, uti eum appellat Curt. Jun. *Consil.* 5. *colum.* 13. *& Consil.* 12. *col.* 4. *Patrem Iuris Catell. Cott. in memorabil. verb. Iurisperitus, &c.* Hac in re omnes sequuntur Jas. *in l. civitas, n.* 3. *ff. si cert. pet.* Bald. *consil.* 383. *num.* 1. *vol.* 1. Paul. Castrens. *Consil.* 104 *n.* 1. Quæ est communis opinio, *ut dicit* Abb. *in cap. dilectus*, 2. *de* Simon. *quem adhoc allegat & sequitur* Jul. Clar. *lib.* 5. *sentent.* § *fin. quæst.* 16. *num.* 8. Matth. de Afflict. *Decis.* 378. *n.* 1. Hieronym. Schurff. *Consil.* 55. *n.* 13. *cent.* 3. Ernest. Cothman. *d. consil.* 32. *num.* 228. Eamque sententiam à Dominis Adlessoribus Cameræ Imperialis aliquoties comprobatam, apparet ex iis quæ tradit, Mynsinger. *d. observ.* 79. *n.* 1. *& seqq. cent.* 4. Andr. Geil. 2. *de Pac. publ. cap.* 10. *num.* 4. *& seq. Referens apud* Gylman. *in Symphorem. part.* 1. *tit.* 2. *vol.* 1. *sub n.* 202. *vers. secundum elisionis*
805 *fundamentum fol.* 144. Non itaq; potest † Universitas conveniri ex delicto quorundam, *per notat.* Innocent. *in cap. gravem, de sentent. excomm.* Oldrad. *Consil.* 65.
806 *Col fin.* Aym. Cravett. *Consil.* 19. *n.* 8. Licèt † illi sint præcipui & primores Capi-
807 tuli. *per tradita* Mynsing *d. observ.* 79. *n.* 3. Quia † delictum particularium personarum regulariter non nocet universitati, *cap. accedentibus, de privileg. gloss. ibid. in*
808 *verb. renunciasse*, Andr. Geil. *in tract. de Arrest. c.* 10. *n.* 24. Adeò ut † ne quidem statuto effici posset, ut universitas vel Capitulum, factum singulorum præstet, Bald. *in l. sed omninò, n.* 2. *C. ne uxor pro marito*, Jas. *in l. si quis suo*, §. 1. *nu.* 3. *C. de inoffic.*
809 *testam.* Aliud † quippe est ipsum Capitulum, aliud singuli in eo homines, *gl. in l. sicut*, §. *si quid. ff. quod cujusq; universit. nom. Canonist. in cap. omnes, extr. de constitut.*

Roland.

Roland.à Valle *consil.53.num.6.vol.3.* Johan.Gœdd.*consil.Marp.28.num.131.vol.2.* Noſtro autem caſu non conſtat ex actis, Dominos Capitulares omnes conveniſſe, & prævia deliberatione unanimiter hoc concluſiſſe, ut proceſſus iſte ita injuſtè, & nulliter contra Dominam viduam ejusq; filiam ordinaretur, & illæ ita diffamarentur.

II. Reperimus, non poſtremi nominis Jctos ejus eſſe ſententiæ, Magiſtratum † & Judicem ob proceſſum injuſtum vel nulliter inſtitutum, injuriam quidem facere ſine dubio, ſed actione injuriarum non teneri, niſi evidenter appareat non ſolùm inordinatè, ſed etiam malitioſè eum egiſſe, & animum ac propoſitum injuriam faciendi habuiſſe, Jacob.de Aren. *ad d. l. nec Magiſtratibus, ff. de injur. quem ad hoc allegat & ſequitur* Erneſt.Cothman. *conſil.24.nu.15.vol.3.* 810

Siquidem ob † inordinatum proceſſum duo tantùm dantur remedia, quorum alterum eſt appellationis, nullitatis & reliquorum hiſce cohærentium, Dd. *in l.4. §. condemnatum, ff. de re Iud.* Alterum verò eſt actio Syndicatus, *l.2. & ibi* Bart. *Cod. de pœn. Iudic. qui malè Iudic.* Et ita in Romana Curia deciſum fuiſſe, teſtatur Pariſ.de Put. *de Syndicat. §. injuria officialis, verſ. Iudex ad inſtantiam, num.2. in fin. & in §. inquiſitio, verſ. Iudici faciliter, n.9.* 811

Ubi de Judice † temerè & indebitè inquirente, quod teneatur in Syndicatu parti ad intereſſe, & expenſas etiamſi ad delationem vel inſtigationem alicujus proceſſerit, qui tamen in probatione defecerit: imò aliquando etiam criminaliter Judicem propterea teneri ex Cyno & Bald.ibid ſtatuit. Quamvis eo caſu, quo conſtat ex actis, Judicem inquiſitionem formâſſe, nullis vel leviſſimis & inanibus præcedentibus indiciis, neq; diffamatione, cenſeri eſſe in dolo, calumnia, & non ſolùm ad expenſas, ſed etiam criminaliter puniri poſſe, incidere in Turpillianum, patiq́ue omnes pœnas, ac ſi eſſet privatus, quia verè dicitur eſſe in dolo, *poſt* Bart. *& alios ſcribit practicæ criminalis Magiſter* Proſper. Farinac. *tit. de ac uſat.q.16.n.27.* 812

Quæ ſententia & nobis arrideret, niſi hoc noſtro caſu adeſſent circumſtantiæ, propter quas difficulter non ſine magnis ſumptibus & ambagibus, actione injuriarum contra totum Reverendum Capitulum inſtituta obtinere Domini Conſulentes maximè in iſta opinionum varietate, poſſent. Et cum alia tutiori viâ, ipſis ſatisfieri poſſit, ut ex Quæſtionis ſequent. & penult. reſolutione patebit, eam ambulandam conſultiùs eſſe putamus.

ARGUMENTA ſuprà in contrarium adducta, relinquimus in ſuis terminis, eaq; tanti ponderis eſſe putamus, niſi in hoc caſu circumſtantiæ & conſiderationes ſingulares, & ea quæ in prima decidendi ratione adduximus, aliud ſuaderent, iis tuto inſiſti poſſe. Quintum adhuc videtur obſtare argumentum, ad quod reſpondemus I. Eandem ſolennitatem † requiri in ratificatione actus, quæ requiritur in confectione, *l. ſicut proponis, C. de nupt. l. nuptiæ. ff. de rit. nupt.* Decian. *conſil.532.n.2.* Aretin. *conſil.127.n.3.* Cacheran. *deciſ.138. ſub. num.6.* 813

vers. nec obstare, &c. Sicut itaque ad hoc, ut Capitulum delinquat & puniatur, necesse est omnibus convocatis, præcedente deliberatione & communicato consilio delictum commisisse, per ea quæ suprà deduximus: Ita id ipsum etiam ut censeatur factum singulorum, ratum habuisse Capitulum, ad hoc ut puniri possit, necessariò præcedere debet, Cacheran. *d. decis.* 138. *sub n.* 18.

Jam exactis nobis transmissis, de eo nihil constat, neq; etiam opinamur, omnium Dominorum Capitularium mentem & intentionem fuisse, vel adhuc esse, injustum quorundam processum, cum injustitia & læsione innocentis Nobilisſ. matronæ ejusq; filiæ & totius Nobilisſ. familiæ conjunctum, ratificare & laudare: Quin multos potiùs ex iis, justi & veri amantes, in corde suo istas iniquitates detestari, & injustè ac falsò diffamatis condolere, certò credimus. Et fieri etiam potuit, hos ipsos, qui Directores ejus processus fuêre, auctores fuisse & suasores, ut Apologia ista prætensa divulgata sit.

II. Illa Apologia videtur fuisse opposita processui instituto à Dnn. Cõsulentibus *ex L. Diffamari*, quamvis nulliter & contra Juris ordinem, ut in resolutione octavæ Quæstionis deducetur: adeoq; ad exculpationem & excusationem potiùs, quàm ad ratificationem nullitatum & diffamationis commissæ
§ 14 publicata. Tunc autem demum † ex facto subsequenti actus præcedentis maximè illiciti, approbatio & ratificatio præsumitur, quando factum tale est, ut fieri non possit, nisi actus præcedens ratus habeatur, Bart. & Paul. Castrens. *in l. Paulus respondit, ff. rem rat. hab.* Cravett. *consil.* 204. *n.* 14. Bursat. *consil.* 118. *num.* 19.
§ 15 Surd. *consil.* 164. *n.* 46. *& consil.* 183. *n.* 36. Et quælibet † occasio sive causa sufficit ad excludendum ratificationem: quia necessariò ex facto inferri debet. Roman. *Consil.* 291. *n.* 5. Dec. *consil.* 72. *n.* 5. Marc. Anton. Natt. *consil.* 77. *nu.* 14. Mascard. *de probat. conclus.* 1255. *n.* 51. *&* 53.

Cùm verò ista Apologia prædicto processui fuit opposita, & etiam protestatio expressa ei inserta, quod ad sui tantùm defensionem, ad nullius verò diffamationem Domini Capitulares ediderint, non necessariò exinde inferri potest diffamationis ratihabitio & approbatio.

Hoc tamen huic Quæstioni annectimus, si Domini Consulentes, contra quosdam ex his qui processum istum nomine Capituli ita nulliter & ad injuriam Dominæ viduæ, &c. formârunt, concurrentibus præsumptionibus quibusdam & conjecturis concludentibus, odii, inimicitiæ, invidiæ, &c. propter quas illos potiùs quàm alios convenire injuriarum vellent, id jure fieri posse non dubitaremus (cùm aliud sit Capitulum, aliud singuli de Capitulo, per su-
§ 16 pra deducta) eoque ad minus adigi posse, nisi propter factum injuriosum condemnari injuriarum vellent, † ut Jurejurando se purgarent, animo injuriandi, ex odio, & propter inimicitias nihil feciſſe, *per ea, quæ in Camera judicio observavit* Andr. Geil. 2. *obs.* 106. *n.* 4. 5. *& comprobat* Marq. Freher. *de existim. lib.* 3. *c.* 9. *sub n.* 22. Gilhaus. *de injur.* §. 9. *n.* 38. Bernh. Græv. *concl. practic.* 106. *n.* 2. *& seqq. lib.* 2.

IN

IN SEXTA QUÆSTIONE QUÆRITUR:

Annè Domini Consulentes cæmentarium istum ejusq; uxorem, quòd de Domina vidua ejusq; filia tàm gravia & atrocia crimina falsò detulerint, easq; diffamârint, injuriarum actione convenire possint?

AD quam Quæstionem sine ambagibus Respondemus, cæteris tamen paribus, quod sic. Siquidem † injuria dicitur inferri, quoties alicui crimen 817
aliquod imputatur, & de eo spargitur, quod per se turpe est, & existimationem ac dignitatis statum lædit, quocunque id faciat modo. *l. item apud Labeonem, §. generaliter, & §. ait prætor, ff. de injur.* Bart. *ibid. n. 5.* Ernest. Cothm. *consil. 15. n. 58. vol. 1.* Farinac. *de var. ac diversf. crimin. quæst. 105. n. 15.*

Quod etiam in eo locum habet, qui non ex officii necessitate, sed motu proprio judici de aliquo crimen falsum defert, † & diffamationi causam præ- 818
bet: Cum nemo debeat denunciare crimen, quod probare non potest, *per ea quæ habentur in l. 1 ff ad Turpill.* Aym. Cravett. *consil. 13. sub nu. 3. post med. quem ad hoc allegat & sequitur*, Harprecht. *in §. injuria autem, n. 125. Instit. de injur.*

Sicut enim ad accusationem alterius prosilire nemo debet, nisi crimen intentatum & objectum legitimè probet; *l. qui accusare, 4. Cod. de edend. l. fin. C. de probat.* Ita nec ad delationem, quia talis delator sponte se offerens similis est accusatori. *arg. l. ea quidem, C. de accusat.* Luc. *de penn. in rubr. Cod. de delator.* Grammat. *Decis. 39. n. 6. 9. & 10.* Sigismund. Scacc. *de Iudic. lib. 1. cap 55 sub n. 3.* Ubi dicit, contra ejusmodi delatorem posse opponi omnes exceptiones, quæ possunt opponi contra accusatorem, Jul. Clar. *§. fin. quæst. 7. in fin.* Ubi dicit, de eo qui non ex necessitate officii, sed sponte accederet ad denunciandum, judicandum prout de accusatore, & ratione calumniæ condemnari posse: Quia accusationis & delationis effectus quoad puniendum delictum in idem incidunt, *l. 1. in fin. §. quod quisque jur. l. 1. §. docetur, ff. ne quis eum qui in jus vocat.*

Ideoque † denunciatores tenentur probare, vera esse omnia quæ in de- 819
nunciatione continentur, *uti post alios notavit* Joseph. Mascard. *de Probat. concl. 505. num. 1. & seq.* Quod & in denunciante ex officio calumniosè multis *defendit* Cravett. *consil. 68. n. 8. 9. 10. per text. in l. 3. C. de advocat. diversf. judic. & alia jura ac rationes ibid. adductas.* Ergò tanto magis id obtinet in denunciante sponte, & motu proprio. *Latè* Prosp. Farinac. *de Accusat. quæst. 16. n. 15. 16. 17.* Ubi testatur in fine, † 820
se vidisse ejusmodi delatores propter calumniam fustigatos, vel ad triremes missos. Quamobrem si delator non probet crimina quæ detulit, dolus & animus injuriandi in eo præsumitur. *l. 1. C. de advocat. diversf. Iudic. cap. 2. ibiqué gl. extra de calumniator. cap. qui crimen, 2. q. 8. c. 1. §. qui verò, de elect. in 6.*

Neque excusantur delatores nostri, quod dixerint, se audivisse à puella, cum non minus reus sit, qui crimen ab aliis confictum spargit, quàm qui ipse confin-

confingit, *text. in cap. in cunctis, §. hæc igitur, ibi:* Nimiæ levitatis esse, si quis mala gravia credere studeat, quæ probari non possunt, 11.*q.*3.*c. non solum, ibid.* Ideoque ex eo quod non solum crimen intentatum non fuit probatum, sed etiam notoriè de falsitate delationis constet, libido & animus injuriandi satis deprehenditur. *d.l.*1.*C. de advocat. diverf. Iudic. l. si non convicii, C. de Injur.*

821 Siquidem indubitatum est, † quod mendacia summam fraudem & quam maximè deliberatum dolum arguant & ostendant. Car. Ruin. *consil.*29.*n.*6.*vol.*1. Cravett. *consil.*142. *num.*17. Hippol. Riminald. *consil.*274. *num.*53. *& mult. seqq.* Neque adversatur quod dici solet, quamlibet causam etiam injustam & fatuam excusare à dolo, *l. igitur, §.*2. *de liberat. cauf.* Mynsing.3.*obf.*98.*n.*4.

822 Quia illa regula non procedit, † nisi injusta causa habeat probabilem simplicitatem vel ignorantiam, absitque ab ea præsumpta vel astutia, vel vafricies *d.l. igitur, § potest, de liber. cauf.* Udalr. Zas. *consil.*12.*n.*106.*lib.*1. *ubi dicit*, Nullum esse juris textum qui assertionem istam sine illo temperamento firmet. Proinde si qui ex Dd. eam doctrinam aliter docerent, hi non viderentur æqua docuisse; Quia statuerent tenebras lucem, & ut dicit Esaias, bonum malum. Nunquid enim semper filii Belial causam prætexerent injustam, & sic impunè grassarentur? Quid enim non audet homo malitiæ deditus? *Hactenus Zasius.*

823 Causa autem † illa, quod audiverint à puella, minorenni & à Diabolo divexata, non habet probabilem simplicitatem, neque tollit præsumptionem fraudis & astutiæ, cum puella ista tàm propter ætatem, quàm propter sexum & vitæ conditionem non fuit fide digna, ut ex ejus ore fas esset, tàm atrocia crimina de matrona honesta & Nobilibus personis in Judicio deferre & divulgare, quo casu ex tali causa quem non excusari à dolo, si fœminis credat, *uti post* Barbat. & Tyraquell. *limitando prædictam regulam tradit* Anton. Gabriel. *Commun.*
824 *conclusion. lib.*7.*concl.*8.*n.*42. Sicuti † nec rumor incertus, & vagus excusare solet. *per ea quæ tradit* Mascard. *de Probation. concl.*254.*n.*40.

825 *Secundò*, regula illa non procedit † in illicitis, & jure prohibitis: quia in his semper dolus vel notorius est, vel saltem indubitatò præsumitur, *gloss. & Dd. in l. dolum, Cod. de dol.* Geil. 1. *de Pac. publ. cap.*7. *num.*23. Petr. Frider. *de Proceff. lib.*1. *cap.*23.*n.*14. Wes. *consil.*33.*n.*6. *& seqq.* Illicitum autem & Jure divino, naturali ac civili prohibitum est, de proximo crimina falsa & atrocia ex frivolis & ineptis causis deferre & divulgare, ideoque id faciens à dolo non excusabitur.

826 *Tertiò*, procedit illa regula † nisi aliunde ex aliis iisque fortioribus & validioribus conjecturis dolus præsumatur & appareat, *uti tradit* Harprecht. *ad d. §. injuria autem, n.*134. *Inst. de injur.*

Jam verò non solùm de falsitate delationis notoriè patet, sed etiam adsunt conjecturæ; quæ ostendunt, cæmentarium istum ex odii & malitiæ virulentia potius suggessisse filiæ ista crimina, ut ea de Domina vidua assereret, prout etiã hac occasione alios honestos viros, & matronas diffamatas suprà deduximus.

Quam-

Quamobrem cum falsò cæmentarius ille cum uxore sua de Domina vidua ejusque filia atrocissima crimina divulgârit, & ad Judicem detulerit, quòd fuerint in consortio Sagarum: quod Domina vidua arte magicâ Reverendissimi N. sorori aureum cochlear surripuerit: quod illi & Reverêdissimæ suæ Celsitudini in itinere N. grave damnum attulerit. Eaque omnia falsa & conficta fuisse mendacia notorie constet, quis dubitet, hosce delatores non solùm ad damna & interesse teneri, sed etiam criminaliter, vel civiliter injuriarum actione conveniri posse. Et cum forsan parùm habeant in bonis, expedit potius criminalem adversus eos actionem ad corporis inflictivam, apud competentem & non suspectum Judicem intentare: Præsertim cum falsitas delationis notoria sit, nec ipsi innocentiam suam legaliter purgare valeant. Non dubitamus cæmentarium † istum ad minimum fustigatione & relegatione, uxorem verò 827
vel hac solùm plecti posse. *Iuxta l. fin. ff. de injur.* Wesenb. *in Paratit. l. n. 16. ff. eod. tit.* Geil. *l. obs. 65. n. 2. 3.* Treutl. *Disp. 30. th. 6. lit. h. vol. 2.* Et in terminis falsi delatoris ita se observasse, *testatur* Farinac. *de Accusat. quæst. 16. n. 17. in fin.*

Certum enim est, injurias hasce † atroces esse, tùm ratione falsò delato- 828
rum criminum atrocium, §. *atrox, & ibi* Dd. *Institut. de injur.* Tùm quòd † contra 829
Dominam viduam, tanquam Nobilem & honestam matronam ac spectatæ dignitatis fæminam, ejusque filiam virginem verecundam, malitiosè effusæ; *secundùm* Angel. *in l. non solùm, §. quumq; , num. 3. ff. de injur.* Practic. Corrad. *rubr. de injur. n. 9.* Farinac. *de var. ac diverf. crimin. q. 105. n. 205.* Tum † quia apud Prætorem 830
seu loci Judicem sparsæ: *l. Prætor edixit, §. atrocem, verf. nam in Prætoris conspectu, ff. de injur.* Aretin. *in d. §. atrox, Inst. de injur.* Azo. *in summ. num. 16. C. eod.* Paris. *consil. 174. num. 11.* Adrian. Gylman. *votor. Cameral. Tom. 2. part. 2. vol. 14. nu. 8.* Tùm quia ad Protocollum dictatæ & scripto comprehensæ: *l. Lex Cornelia, §. si quis, ff. de injur. l. un. C. de famos. libell. c. 1. 5. q. 1.* Zas. *in l. cum lex, n. 12. ff. de legib.* Tum † quia apud Ju- 831
dicem repetitæ: Ancheran. *consil. 325. n. 2.* Tum † quia plures injuriæ & delicta 832
sunt, *l. 1. verf. quia duplici, C. de rapt. virgin.* Ernest. Cothman. *consil. 15. num 82. & seq. vol. 1.* Tum † quia in Judicio criminali, & loco publico multis adstantibus & 833
audientibus publicatæ & proclamatæ, *d. l. Prætor edixit, §. at ratione, ff. de injur. l. sed est quæstionis, §. 1. ff. eod. c. 1. ibi multis, coram adstantibus, extr. de maledic. & per illum text. post Hostien.* Johan. Andr. *& alios* Farinac. *d. q. 105. n. 186. & 189.* Cravett. *consil. 168. num. 11.* Tum quia toti familiæ dedecori: August. Beror. *consil. 173. num. 8. vol. 3.* Tum denique ratione pernicioso eventus, cum nequissimi isti delatores isthâc suâ delatione tãtum effecerint, ut injuriæ istæ & calumniæ à Judice loci, quamvis neque piè neq; justè pro exploratis facinoribus fuerint publicatæ, & multi maximè vulgus hominum inde sinistrè de Domina vidua ejusque filia suspicati sint, Nevizan. *consil. 76. n. 7.* Ernest. Cothman. *consil. 4. num. 24. vol. 3.*

* *
*

SEPTI-

SEPTIMO QUÆRUNT DOMINI CONSULENTES.

Annè injuriæ istæ pro scriptis & realibus potiùs, quàm verbalibus habendæ, adeoq; etiam anno elapso actio injuriarum salva sit?

AD quam pariter sine circuitu respondemus, injurias hasce non solùm ore prolatas, sed etiam scriptura comprehensas, easq; publicè in Judicio lectas, ipsa testari acta & scripta. Et cum suprà respondimus, totum Capituli corpus commodè injuriarum actione convenirinon posse, hîc disquirendum, annè etiam ex parte cæmentarii, ejusq; uxoris injuriæ hæ scriptis factæ censeri
834 possint: Et quidem certum est, injuriam † in scriptis fieri, quoties aliquis scripturam famosam componit, scribit, edit, hoc est, copiam describendi facit, vel quod perinde est, alteri scribendum dictat, *L. Lex. Cornelia, 5. §. si quis, 9 ff. de injur. §. 1. & ibi* Schneidwin. *&* Dd. *Instit. de injur. l. item apud Labeonem, 15. §. si quis, 29. ff. eod.* Ubi JC. Ulpianus, si quis, inquit, libello dato vel Principi, vel alicui, famam alicujus insectatus est, injuriarum erit agendum. Constat autem ex actis, cæmentarium nostrum ejusque uxorem, non solùm voce injurias hasce Judici detulisse & sparsisse, sed ad album seu Protocollum articulatè dictâsse, easq; ex ore eorum ita ab actuario in publica monumenta conscriptas & receptas esse.
835 Jam verò ex modò dictis Juribus † non solùm is injuriam in scriptis feciisse censetur, qui scribendo alicujus famam insectatur, sed etiam qui tale quid edit apud Judicem vel alium quemcunq;. Edere autem, ut explicat Ulpianus JC. non solùm est copiam describendi ejus quod jam antea scriptum est, facere, sed etiam *Dictare*, vel ad album Prætoris demonstrare, quid dictaturus est, *l. 1. §. 1. ff. de edend.* Johan. Oldendorp, *Class. 1. act. 8. in princ.*

Ideoque nihil interest, sive quis porrigat libellum Judici in scriptis, vel porrigat querelam seu delationem verbalem apud acta Judicis, & tabellio eam in scriptis redigat, *ut explicat* Salicet. *in l. pen. n. 2. C. de accusat.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. fin. q. 12. nu. 7.* Hinc etiam in crimine libelli famosi nihil interest, an aliquis scripserit, vel alii scribendnm dictarit, *secund.* Angel *in l. Lex Cornelia, §. si quis librum, n. 1. ff. de injur.* Ant. Gomez. *de delict. c. 6. rubr. de injur. n. 1. in pr.* Cephal. *cons. 341. num. 5.* Farinac. *de var. ac diverf. criminib. q. 105. n. 445.*

Ex hisce itaque fundamentis indubitatis præsupponimus, injurias istas non solùm voce & verbis, sed etiam scriptis factas. Ideoque quamvis ex com-
836 muniori Dd. sententia verbales non reales sint, actionem tamen † super iis competentem non annalem sed perpetuam esse, in foro & praxi receptior est
837 sententia: cùm scriptura † sit perpetua, quæ semper manet semperq; loquitur. Udalric. Zas. *in l. cum lex. num. 12. ff. de legib. per text. in l. Arriani, C. de hæretic. facit text. in l. quædam, §. nummularios, ibi. quarum probatio scriptura continetur, ff. de edend.* Paul.

Paris.

Pariſ. *conſil.*112. *n.*44. *vol.*1. *per text.in l.*1.§ *initio*, *ff.de offic.præfect.urb.* Hinc Oldendorp.Germaniæ Sulpitius, *uti eum appellat* Erneſt.Cothman. *reſponſ.Acad.*1. *n.*125. ſcribit, quòd plus lædant ſcripta & diutius hæreant, quàm vulnera, *Claſſ.*7. *act.*10.*verſ. Uſus autem ſum exemplo,&c.* Habent enim ſcripta actum permanentem, *ut dixit* Bald.*in un.n.*5.*verſ.primo caſu*, C.*de conf.eſſ.* Et ſemper, continenter ac quotidiè loqui cenſentur. Pariſ. *d.conſil.*112.*n.*44. Joh.Althuſ. *lib.*1. *Iuriſprud.Rom. cap.*53.*verſ.pœna hæc tollitur.* Et hanc ſententiam præter allegatos tuentur. Bernh. Wurmbſ. *Pract.forenſ.lib.*1.*tit.*47.*obſ.*11.*n.*3. Hieronym.Schurff.*conſil.*12.*n.*1.*cent.*1. Mynſing. *Reſponſ.*59.*n.*9. Vultej.*ad*§.*pœna autem*,*n.*8.*Inſtit.de injur.* Borcholt. *in* §. *fin. Inſtit.* Hackelman. *Illuſtr.quæſt. Diſp.*23.*th.*15.*lit.c.* Eamque tanquam jure & rationibus firmioribus ſuffultam Cameram Imperialem in decernendis proceſſibus & cauſarum deciſione ſequi, *teſtatur* Andr.Geil.2.*obſ.*104.*nu.*4. Et ita concluſum in cauſa Pauli Wobeſers, contra G. Wrangell 25.*Septemb.An.*1567. *Auctor. Deciſion. ſive præjudic. Camer. verbo injuria, verſ. injuria picta vel ſcripta,fol.*154. Ubi pariter atteſtatur, ita obſervatum in cauſa Hanaw contra Groſſchlag 22. *Septembr. An.*1578. Ab eaque recedendum non eſſe arbitratus eſt Dn. Referens cui reliqui Adſeſſores omnes adſtipulati ſunt in cauſa cujuſdam civitatis N. contra D. N. apud Gylman.*Tom.*2.*votor.Cameral. part.*2.*vol.*12.*n.*1. Ac juxta eam aliquando pronunciaſſe Academiam Friburgenſem *teſtis eſt* Udalric. Zaſ. *ad d. l. eum lex*,*n.*12.*ff.de legibus.*

Deciſiones † autem Cameræ eſſe inſtar legis, & pro lege merito ſequen- 838
da, ſcribit Hermann. Vultej.*lib.*2. *de Feud. cap.*3. *num.*9. *in fine.* Cum ipſa repræſentet Imperatorem & ſummi principis conſiſtorium, *ut idem* Vultej. *Reſpondit Conſil. Marpurg.*19. *n.*94. *& Conſil.*21. *num.*264. *vol.*3. Ubi, à Camera Imperiali, Imperatorem & ſtatum Imperii repræſentantem, deciſa, dicit vim legis habere argumento eorum quæ traduntur de deciſionibus conſilii Neapolitani & aliarum curiarum ſupremarum, Matth. de Afflict. *Deciſ.*169.*n.*9. *& Deciſ.*190.*nu.*7. Robert.Marant. *in ſpecul.judic.tit.de Appellat.n.*252. Menoch. *Remed.*1.*recuper. poſſeſſ. num.*189. Ubi, quod Deciſiones Conſilii Delphinatus vim legis in ea regione habeant. Idem de Deciſionibus Rotæ, Gratinopolitanis diſſerit Weſenb.*ad.*§. *reſponſ.inſtit.de I.N.G. & civil.* Menoch.*conſil.*53.*n.*28.

Ideoq; Cameræ † Deciſiones communi Dd opinioni rectè præferuntur. 839
Vult.*d.conſil.*21.*nu.*264. Cæſar Urſill.*in addit. ad* Afflict.*Deciſ.*1.*nu.*10. Franciſc. Vivi. *Deciſ Neapol.*401.*num.*26.*& ſeqq. quod adducit* Bernh.Grævæ. *in proœm.concluſ. pract.concl.*2.*n.*32. *Et facit text.in l.filius*,14.*in pr.* ubi JC.Paul. *Quæſtionem ex anteriori ſenatus deciſione reſolvit,in verbis: ſic enim inveni ſenatum cenſuiſſe,ff.ad l.Cornel.de falſ.l.*1. §.*hoc autem SCtum.ibi:& ait ſextus ſic eſſe ſæpe Iudicatum.ff.de SCto Syllan.cum ſimilib.*

Et extat † in jure noviſſimo ſanctio pragmatica, ut in quæſtionibus inter 840
Dd.controverſis Senatus Cameralis ſententiæ, vota ſeu deciſiones anteriores in novè emergentibus caſibus, obſerventur, donec Imperatoris & ſtatuum Im-

perii communi definitione terminentur, R. A. zu Speyer/ *de An.* 1570. § **Damit aber aller verenderung / ꝛc.** *ibi.* **Damit auch die** opiniones **ſo bey den Rechtslehrern gantz Streittig / vnd aber etwan in** relationibus cauſarum **mit** Approbation **des gantzen Raths angenommen / mit fleiß** colligiren, &c. *Iunct. verbis:* **Gleichwol ſollen Cammerrichter immittelſt** (videlicet antequam Imperatoris & ſtatuum conventione & ſanctione aliter non ſit deciſum,) in decernendo proceſſus & decidendo cauſas **ſich denen gemeß verhalten.** Ubi itaque claram habemus textus determinationem, meritò longior ceſſat diſputatio, *l. ancilla, C. de furt.* Weſenb. *conſil.* 24. *n.* 14. Decian. *conſil.* 2. *n.* 102. *vol.* 2.

Supereſſe adhuc difficultas quædam videtur, cujus Domini Conſulentes in facti ſpecie non meminerunt, à quo hæc actio inſtitui poſſit? Cum enim
841 Domina vidua defuncta ſit, videtur ipſius † morte extincta injuriarum actio, cum mors omnia ſolvat, Nov. 22. *cap.* 20. *in pr.* Ideoque eam neque heredibus neque in heredes dari, *l. Injuriarum*, 13. *l. item apud*, 15. §. *Injuriarum, ff. de injur. l. ſi. cum*, 10. §. *qui injuriatur, ff. ſi caution. in Iudic. tot. tit. C. ſi reus vel accuſat. mortus fuerit.*

Sed quia non ſolùm Dominæ viduæ, jam piè defunctæ, ſed etiam filiæ ejus adhuc viventi, nominatim injuriæ fuerunt illatæ, ut etiam in omnium relictorum liberorum, & totius familiæ ignominiam illæ redundent, dubium non eſt, prædictam Nobiliſſ. virginem unà cum fratribus & ſororibus totaque cognatione ſuo ac matris, & reſpectivè cognatæ nomine, actionem injuriarũ cri-
842 minalem † ſeu accuſationem contra cæmentarium illum ejusq; uxorem, peſſimos injuriantes inſtituere poſſe, *l. Lex Cornelia, in pr.* §. 3. *l.* 1. § 3 *ff. de injur. l.* 1. §. 1. §. 2. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de deliber. cauſ.* Bart. *in d. l. lex Cornel. in pr. ante n.* 1. *& ibi.* Alexand. *in addit. lit. b. Idem* Bart. *in l. ne pupillo*, § *ſi quis ipſi in qua quæſtion. ff. de nov. oper. nunciat.* Paul. Caſt. *conſil.* 275. *col.* 2. *vol.* 2. Maſcard. *de Probat. lib.* 1. *concl.* 68. *n.* 4. Proſp. Farinac. *de var. ac diverſ. crimin. q.* 105. Menoch. *lib.* 2. *Arbitrar. caſ.* 262. *n.* 1. Oſaſc. Cacheran. *Deciſ. Pedemont.* 104. *nu.* 3. Tiber. Decian. *in tract. Crimin. lib.* 3. *cap.* 5. Johan. Petr. Surd. *Deciſ. Mantuan.* 89. *n.* 1. 4. 11. *& aliquot ſeqq.* Johan. Schneidwin. *ad* § *patitur, nu.* 15. *Inſtit. de injur.* Robert. Marant. *in Specul. part.* 6. *tit. de inquiſit. nu.* 60. *& ſeq.* Fichard. *conſil. German.* 98. *n.* 3. Ludov. Gilhauſ. *de injur. & famos. libell.* §. 7. *n.* 23. *& ſeqq.* Tyraquell. *de pœn. temperand. cauſ.* 51. *n.* 68 Henningus Goden, *conſil.* 102. *nu.* 11. *& Conſil.* 107. *num.* 2. 3. *& ſeqq.* Hartman. Piſtor. *obſerv.* 99 *n.* 1. *Et ita etiam de jure conſultus reſpondit* Erneſt. Cothman. *conſil.* 87. *n.* 10. *& ſeqq. vol.* 2.

Idque non ſolùm vivente, ſed etiam defuncto injuriato obtinere, ut liberi & cognati injuriantem accuſare, & injurias parenti vel cognato maximè in judicio & ſcriptis illatas, vindicare poſſint, *eleganter firmat* Matth. Weſenb. *conſil.* 22. *n.* 2. Ubi dicit, quod licèt actio injuriarum non tranſeat ad heredem tanquam heredem, cum nõ ſit in bonis defuncti, in quibus terminis jura ſupra
843 allegata loquuntur, ſed bene poſſit † accuſare hæres tanquam perſona conjuncta, cujus intereſt, & qui perſequitur vindictam propriam perſequendo injuriam

injuriam defuncti, *per text. in l. 1. §. & si fortè, ff. de injur.* Ubi addit JC. rationem, quòd spectet ad existimationem nostram, si qua defuncto cui successimus, fiat injuria vel si fama ejus lacesseatur; quia videlicet semper interest heredis defuncti existimationem purgare, *text. in l. d. 1. §. 6. ff. de injur.* Hieron. Schurff. *consil. 61. num. 13. cent. 1.*

Et quamvis allegati textus loquantur de injuriis, jam defuncto & cadaveri illatis ratio tamen subjecta generalis est, & fortior in vivente quàm in defuncto militat. Ideoque idem jus argumento à fortiori vigeri debet. *l. non possunt cum seq. ff. de legib. l. pen. § si quis, 5. vers. & licet municipum, ff. de Iur. & fact. ignor.* Minor enim est injuria quæ fit defuncto quàm illa quæ fit viventi, *ut ex notat. per* Bartol. *in l. fideicommissum, C. de fideicommiss. tradit.* Cravett. *consil. 205. n. 26.*

Ideoque hæredibus maximè liberis, ut injuriam patri vel matri defunctæ illatam prosequantur criminaliter, jure permissum est, præsertim † si injuriæ 844
sint factæ inscriptis & in judicio. *per tradita* Wesenb. *d. consil. 22. nu. 2. Et ita etiam extendit & sequitur* Cothman. *d. consil. 87. n. 16. vol. 2.*

Quod etiam eo casu quo defunctus † injuriam remisisset injurianti, ut 845
nihilominus conjuncti de familia eam vindicare possint, procedere, *diserte declarat* Joh. Petr. Surd. *d. Decis. Mantuau. 89. nu. 4. quem allegat & sequitur* Farinac. *de var. ac diversis criminibus, quæst. 105. n. 289. in fin.*

Sed ex concione funebri typis divulgata & nobis transmissa constat, Dominam viduam vindicationem sibi illatarum injuriarum Deo justissimo Judici, & liberis suis debito modo prosequendam ante mortis horam commisisse, & injunxisse hisce verbis: **Sie wolte für jhre Person solche Verleumbder für das Gericht Gottes wissen zu fordern / vnd das Vbrige in dieser Welt jhren Kindern vnd Erben gebührlich zu Eyffern befehlen / ꝛc.**

Quamobrem liberi defunctæ Nobilissimæ Dominæ viduæ ultimo elogio, & mandato ad injurias hasce debito modo, & per legitimos Juris tramites vindicare obstringuntur. Idque † & piè & justè Domina vidua liberis suis injungere, 846
& ab his rectè effectum dari & potest & debet. Exemplo Davidis viri secundùm cor Dei, & Salamonis filii ejus sapientissimi: Ille enim injuriam sibi illatam à Semei filio Gera, uti & proterviam ac delicta à Joabo commissa, huic tanquam successori & heredi in regno, sanguine vindicanda commisit, quod & is ita ex patris jussu piè & justè executus est. 2. Reg. *cap. 3. v. 2.*

SUCCEDIT JAM OCTAVA QUÆSTIO,

In qua in eventum Quæritur:

Anné hoc casu quo commodè adversus capitulum injuriarum actio instituti non possit, directò & in specie contra id ipsum denuò citatio ex L. diffamari peti, & ex ea processus formari possit, præsertim cum

contra jamdum agitatum & finitum judicium ex prædicta L. diffamari in genere contra quoscunque diffamatores institutum Apologiam quandam ediderint, & judiciariæ telæ terga obverterint?

SED cum ex actis nobis transmissis constet, citationem & processus ex L. Diffamari generaliter contra quoscunque & ut ex narratis supplicationis & citationis satis evidenter apparet, etiam contra Dominos Capitulares N. propter nullitates in processu suo, maximè quatenus tangit Dominam viduam ejusque filiam, commissas, directò fuisse impetratos, eoque rem deductam, ut post emissam secundam citationem edictalem, peremptoriam, & accusata solenniter contumaciâ, nemine comparente, servato Juris ordine, omnibus & singulis diffamatoribus, qui diffamationi occasionem præbuerunt, à deputatis Reverendiss. Domini Episcopi Commissariis, per sententiam, perpetuum impositum silentium 25. *Ianuar. Anno* 1619. illaq; in rem judicatam transiverit, de-
847 nuò ex eadem causa & ad eundem effectum, agi non poterit: † Hoc etenim rerum judicatarum auctoritas non patitur, ut ea, quæ semel finita sunt ex eodem capite & fonte instaurentur, *l.* 5. *C. de re Iudic. & ibi* Cujac. *in Paratitl.* Azo *in summ. l. fin. C. sentent. rescind. non poss.* Ubi Constantinus Imperat. rescripsit, decisas semel causas judiciali sententiâ, ne quidem per rescripta Imperialia resuscitari. Cùm itaque Domini Consulentes, processus ex L. Diffamari in genere contra quoscunq, & ita etiam contra Dominos Capitulares jam ante obtinuerint, eoq; rem perduxerint, ut quibuscunque & consequenter etiam Dominis Capitularibus per sententiam silentium perpetuum fuerit impositum, illaque neque per Appellationem vel aliud remedium suspensivum extincta vel suspensa sit, suum transeundo in rem judicatam sortita est effectum, etiam contra Dominos Capitulares, in quantum illi diffamationis illius commissæ, reos se fecerunt, *per ea quæ post alios deducit* Blarer. *ad L. diffamari, cap.* 8. *n.* 41. *& mult. seqq. iisq; plenum attulit præjudicium* Geil. 1. *obs.* 12 *n.* 5.

848 Neq; per prætensam † illam Apologiam Directores processus illius nulliter instituti, ex quo orta hæc diffamatio, effectum emanatæ citationis, & desuper in contumaciam publicatæ sententiæ, sibi ipsis in prætensa illa Apologia Jus dicentes, impedire aut effugere Jure potuerunt; sed omninò citati comparere, & in competenti hoc Judicio, si quas suæ diffamationis & processus contra Dominam viduam ejusq; filiam nulliter & neglecto Juris ordine instituti, justas proferre rationes & causas potuissent allegare, & Judicis sententiam, causâ plenè discussâ expectare debuissent. Nam ideò judiciorum vigor, Jurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi valeat permittere ultionem, *rescribentibus Impp.* Theodos. Arcad. & Honor. *in l. nullus,* 14. *C. de Iudæ. & Cælicol.*

Et exstat Decretum Divi Marci in hæc verba: Optimum est, ut si quas

te putes

te putes haberepetitiones actionibus experiaris. Cum Marcianus diceret: Vim nullam feci: Cæsar dixit: tu vim putas esse solùm, si homines vulnerentur? Vis est, & tunc, quoties quis id quod deberi sibi putat, non per Judicem reposcit, *teste* JC. Callistrato, *in l. exstat*, 13. *ff. quod met. caus. l.* 10. *in verb. non expectato Iudiciorum ordine, &c. Cod. unde vi, l.* 11. *ibi: nec citra præsidialem Iussionem res debitoris arbitrio suo auferre potest*, C. *de pignorat. act.* Non enim singulis permittendum est, quod per Magistratum publicè fieri debet, *teste* JC. Paul. *in l. non est singulis, ff. de Reg. Iur.* Juris igitur æquabilis decernendi gratiâ Judices inventi sunt, Claud. Cantiunc. *de offic. Iudic. c.* 2. Ubi in hæc scribit verba: † Si in sua sibi quemque causa Jus di- 849
cere Majores nostri sustinuissent, quid non sibi permisissent, vel potentiores in infimos? Vel veteratores isti cautelarii in simplicis cultores veritatis? Imò quæ non tyrannis ex illa licentia profluxisset: Hujus igitur æqualitatis conservandæ gratia, arbitrati Legumlatores, iniquum admodum esse, in re propria tribuere alicui licentiam, Jus sibi dicere, *l. un. Cod. ne quis in sua caus. judic. l. qui Iurisdictioni præest*, 10. *ff. de Iurisd.* Quibus licèt solutus videatur summus Romanorum Princeps, *l. Princeps, ff. de legib.* Adeò ut ipse in causa propria judicare possit, *l. & hoc*, 41. *ff. de hæred. instit. §. fin. institut. de vulgar. substit. ubi* Tiberius, *& l. pen. ff. de his quæ in testam. del. ubi* Anton. Impp. *in causis propriis judicarunt*, Bald. *in l. rescripta*, C. *de precib. Imper. offer.* Zas. *in l. est receptum, n.* 8. *& 9. ff. de Iurisd.* Castald. *de Imper. quæst* 91. *n.* 2. *& seqq.* Natt. *consil.* 487. *n.* 49. Cravett. *consil.* 5. *n.* 6. Placuit tamen, legibus soluto Principi, legibus se allegatum profiteri Principem, *l. digna vox*, C. *de LL.*

Indeque † vigore Aureæ Bullæ Caroli IV. receptum, ut ipse Imperator 850
vel Rex Romanus super causis, pro quibus impetitus fuerit, coram Electore Palatino Rheni respondeat, *text. in Aur. Bull.* Carol. IV. *c.* 5. §. *fin.* Thom. Michael. *de Iurisd. concluf.* 131. Vult. *ad l.* 1. *n.* 4. *& seq. C. ubi senat. & Clariss.* Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 52. *& seqq.* Heig. *illustr. quæst. part.* 1. *q.* 4. *n.* 8. Rosenth. *de Feud. c.* 12. *concl.* 3. *n.* 13.

Si itaque ipse Imperator super causis, pro quibus impetitur, judiciorum vigori & ordini se submittit, neque ab observantia judiciali se eximit, tantò minùs id aliis minorum gentium Magistratibus licebit vel integrum erit, Apologias scribendo Judicialem auctoritatem spernere, & pro suo arbitratu, partis & Judicis vices subire. Hinc toties in novissimis cautum legimus Imperii con-
stitutionibus, † omnem viam facti, sive id fiat armis, sive scripturis sive pictu- 851
ris, in ipsis etiam Imperii principibus & statibus esse prohibitam, nulliq;, cujuscunque sit conditionis & dignitatis, fas esse, judiciorum vigorem spernere & facti viam eligere, *text. in* **Reichs Abscheid zu Augspurg** / *de Anno* 1555. §. **dargegen sollen die Stände** / &c. *In verbis:* **Es soll sonsten kein Standt den andern / mit der That / oder sonsten mit vngutem führnemen / sondern in alle wege / nach laut vnnd anweisung des Heiligen Reichs Rechten / sich an gebührenden ordentlichen Rechten benügen lassen** / &c. **R. A. zu Wormbß** / *de Anno* 1521. *sub rubr.* **Röm. Käys. Mayst. Landfrieden** / *in fin. princ. ibi:* **wer zu dem andern zusprechen vermeinet /**

vermeinet / der soll solches thun an Enden vnd Gerichten / da die Sach ordentlich hingehöret / R. A. zu Speyer / *de Anno* 1526. §. zum andern / &c. *in fin. verbis*: wer zu den andern zu sprechen hat / soll das mit gebührlichen Rechten thun / bey Pön vnnd Straff des Landfriedens / &c. R. A. zu Regenßburg / *de Annno* 1541. §. wo aber jemandes / &c. *ibi*: mit Recht vnd dessen ordentlicher Execution / *& de Anno* 1542. §. vnnd damit die Zeit / &c. *juncta ordinat. Politic. de Anno* 1548. *sub rubr.* von Schmächschrifften / &c.

Hæc Jura, licèt de actore loquantur, idem tamen in personis reorum conventorum obtinere dubium non est, cum quoad Processum & Juris ordinem plerumq; actor & reus pari Jure censeantur, per Jura vulgò nota. Quinimò in Judicio hoc L. diffamari non Domini Consulentes, sed Domini Directores hujus processus, vel qui eorum factum probârunt, actoris vices sustinuerunt, *per ea quæ tradit* Geil. 1. *observ.* 9. *& latè ibid.* Bernhard. Grævæ. *concl.* 9. *per tot.* Mynsing. 6. *obs.* 90. Neque etiam opitulatur Dnn. Apologistis, quòd sint Clerici, & constituant corpus dignitate valdè conspicuum: Siquidem etiam ad-
852 versus † Prælatos & Clericos competere beneficium L. diffamari, *tradit* Felin. *in cap. accepimus, & per illum text. extr. de fid. instrum.* Alexand. *consil.* 103. *quos allegat & sequitur* Cæsar. Cortard. *in tract. L. diffamari. c.* 3. *n.* 33. *& seq.* Ubi id ampliat, ut tali casu non solùm Prælatis, sed etiam eorum successoribus perpetuum censeatur impositum silentium: *& c.* 5. *n.* 3.

853 Et constat ex novissimis † Imperii constitutionibus; ipsaq; praxi in viridi observantia posita, Electores Principes & Status Imperii, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, hoc nostro L. diffamari remedio in Camera certis casibus, non attenta status dignitate conveniri posse, Geil. 1. *obs.* 10. *& seq.* Mynsi. *loco supr. allg.*

Quamobrem, cùm Domini Consulentes ad Jus provocarint, & servato Juris ordine processus & tandem sententiam obtinuerint, eaq; neq; per appellationem vel simile remedium extincta vel suspensa sit, sed in rem judicatam transierit, contra quoscunque diffamatores suum sortita est effectum. Neque enim unquam relatum, neque usquam receptum, ceu loquitur JC. *in l.* 1. *ff. de Senator.* Apologias scribendo & edendo reum conventum, vel actorem observantiam judiciorum declinare, vel sententiæ & rei judicatæ effectum impedire posse. Ideoque cum Reverendo Capituli N. Decano citatio hujus processus solenniter fuit insinuata, ut constat ex relatione nuncii, & passim publicè affixa, utique Capitulum per Syndicum vel procuratorem comparere, & exceptiones si quas habuissent, vel dilatorias vel peremptorias opponere, si sententiam perpetui silentii impedire voluissent, Juris auctoritate obstricti fuerunt. Aut enim existimarunt Dnn. Capitulares, citationem attingere, Reverendum Capitulum, aut non. Si hoc, non opus fuit Apologiam scribere, vulnus factæ jam antè diffamationis per eam refricare, & Dominorum consulentium matrem jam piè defunctam, & filiam adhuc viventem, ulteriùs præter meritum

gravare

gravare & affligere: Si illud: omninò comparere & Jure agere debuissent, per modò tradita.

IN NONA QUÆSTIONE DUO PROPONUNTUR:

I. *Anné modò memoratis remediis deficientibus, vel propter difficultates circa ea incidentes vel aliis emergentibus hoc casu incommodis, Domini Consulentes contra Dominos Capitulares, ad nullitatem processus tutò agere, & apud superiorem obtinere possint, ut iste processus superioris auctoritate annulletur & cassetur?*

AD hanc Quæstionem breviter respondemus, Dominos Consulentes † ad 854
processus illius, respectivè contra matrem & sororem nulliter & neglecto Juris ordine instituti & publicati, cassationem, propositâ nullitatis querelâ procedere, idque deductis nullitatibus ex ipsis actis, quæ notorium inducunt, obtinere posse, dubium nullum esse dubitamus, *per ea quæ tradit* Mynsing. *obs.* 42. *Cent.* 4. Johan Fichard. *consil. German.* 123. *per tot.* And. Geil. 1. *observ.* 127. *n.* 8. *& seq.* Ernest. Cothman. *consil.* 14. *num.* 53. *& aliquot seqq. & consil.* 16. *n.* 134. *& seq. vol.* 1. Auctor. *decis. sive præjudiciorum Cam. verb. Citatio super Nullitate, fol.* 73. *Et est text. in ordinat. Camer. part.* 3. *tit.* 34. §. **vnd soll also die Nullität** / 2c. *Et in ead. ordinat. part.* 2. *tit.* 28. § *item* **nach dem auch** / 2c. *Ibi:* **da sich jemand beklagen würde / das in peinlichen Sachen sey vnerfordert vnnd vngehört / vnnd also nichtiglich / oder sonst wider natürliche Vernunfft vnnd Billichkeit / wider jhn procedirt / gehandelt vnnd geurtheylet / vnd derhalben principaliter vff die Nullität vmb Proceß ansuchen würde / 2c. Als dann soll der ansuchenden Parthey solcher Nichtigkeit halber Ladung erkandt / vnnd darauff Rechtliche Hülff mitgetheylet werden 2c.** Cùm itaque ex ipsis actis & iis, quæ in 3. Quæstionis resolutione deduximus, evidenter appareat, quàm plurimas & insanabiles nullitates, contra Jura naturalia, Civilia, & constitutiones criminales Caroli, in processu isto N. commissas, & Dominorum Consulentium piè defunctam matrem & adhuc viventem sororem ac totam cognationem exinde graviter læsam, hoc remedio experiri tutissimè poterunt.

Verùm enim verò cum in optione †gravati sit, vel coram eodem Judice, 855
qui pronunciavit, vel coram ejus superiore nullitatem principaliter in Judicium deducere. Bart. *in l. si expressam*, 19. *sub n.* 14. *ff. de Appellat.* Felin. *in c. in literis, num.* 4. *de offic. & potest. Iud. deleg.* Sebast. Vant. *de Nullitat. rubr. coram quo possit, &c. num.* 7. *&* 8 *Vbi testatur de communi* Sigismund. Scacc. *de appellat. quæst.* 19. *remed.* 1. *Conclus.* 6. *n.* 73. Mynsing. *observ.* 92. *n.* 6. *cent.* 5.

Hoc etiam casu in optione Dominorum Consulentium erit, anné Nullitatis

tatis querelam apud Revereudum Capitulum N. velint proponere, & postulare, ut processum à se institutum, quatenus ille Dominam viduam ejusq; filiam attigit, publicè in Judicio per decretum annullent & pro nullo declarent; illaq; acta inquisitionis à publicis actis separent & cancellent, refusis sibi damnis & expensis. Et si hæc via Dominis Consulentibus placuerit, non dubitamus Reverendum Capitulum, ipsorum postulationi non defuturum: Siquidem prin-
§ 56 cipalibus † constitutionibus cautum est, ea quæ infamandi alicujus causâ in monumenta publica posita sunt, tolli de medio, *inquit* JC. Marcian. *in l. constitutionibus*, 37. *ff. de injur.* Constat autem ex actis & deductis, crimina ista à cæmentario & uxore ejus infamandi causa falsò conficta, delata & nulliter in monumenta publica relata, esse notoriè falsa, ac ad infamationem Dominæ viduæ jam defunctæ ejusq; filiæ & totius familiæ spectare, ideoq; à monumentis publicis, quæ non falsorum criminum suggestionibus, sed explorata rerum veritate, firmitatem obtinent, removenda, *arg. l. fin. C. de re iudic.*

Et si fortè quis persuadere vellet Dominis Capitularibus, hoc sine scan-
§ 57 dalo aliquo & disreputatione Reverendi Capituli fieri non posse, is sciat, † Judicem potiùs admittere debere scandalum, quàm veritatem relinquere, & falsa crimina pro exploratis, in monumentis publicis reservare, *ut ex* Hadrian. *refert* Nevizan. *in sylv. Nupt. lib. 5. n. 116.* Quia iram Dei supra se provocat, qui veritatem opprimi prospiciens, eam pro viribus non ostendit & defendit, *c. quisq;, & cap. nolite, 11. q. 3.* Veritati enim meritò omnia cedere debent, *c. fraternitatis, de frigid. & malefic.* Ideoq; melius est pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium, *inquit* Augustin. *c. nemo peritorum, 11. q. 3.* Nam Magistratui & Judici, utpote Dei vices in hisce terris obtinenti, Psal. 82. *vers. 6.* Sapient. 6. *vers. 5.* Nov. 105. *cap. 2. in fin.* Magis debet esse cordi custodia Justitiæ & veritatis, quàm obedientia voluntatis, Sapient. 1. *vers. 1.* Psalm. 72. *v. 1. & seqq.* Psalm. 101. *vers. 5. c. Iudicet, 3. q. 7. l. puniri, ibi gl. verb. Iudices, C. si contra Ius vel utilit. publ.* Speculat. *lib. 3. part. 3. de sentent. §. 5. in fin.*

Quamobrem nullius rei major quàm veritatis esse debet reputatio. Si itaque Domini Capitulares hoc denegarent, eo ipso significarent, se potiùs falsæ isti diffamationi velum & patrocinium velle quærere & iniquitatem operiri, Psalm. 73. *vers. 6.* quàm veritati jam detectæ & singulari Dei beneficio manifestatæ, testimonium præbere, quod utiq; de tàm laudabili & spectato collegio non est præsumendum.

Hâc viâ relictâ, si superiorem adire vellent, Domini Consulentes, sive is sit Reverendissimus Episcopus loci, sive Camera Imperialis, possunt narrare Nullitates processus, & petere ut decernatur citatio adversus Reverendum Capitulum, ad videndum, declarari processum nullum, & resarciendum damna & expensas. Prior via esset compendiosior, & sine magno sumptu iniri posset: Posterior autem magis quidem regia, sed prolixior & sumptuosior,

ac magnas

ac magnas simultates, odia & inimicitias Dnn. Capitularium, adversus Dominos Consulentes, fortè implicaret.

Alterum hujus Quæstionis Caput quod attinet, annè videlicet Domini Consulentes contra Reverendum Capitulum N. propter abusum Jurisdictionis ad privationem ejus agere possint? Pro Affirmativa seqq. videntur militare rationes, quòd communis & generalis sit conclusio, abutentem Jurisdictione suâ, † maximè in criminalibus, & neglecto Juris ordine cum asperitate procedentem, privari posse, *arg.* §. *Dominorum & quæ ibi tradunt* Dd. *Instit. de his qui sunt sui vel alien. jur. l.* 2. §. *Dominorum, & ibi.* Bald. *ff. eod. l.* 1. *C. de emend. serv.* Petr. Anton. de Petr. *de potestat. Princip. c.* 8. *n.* 74. Ubi dicit, quòd abutens dominio sibi concesso, non mereatur dominari. Curt. Jun. *consil.* 137. Grammat. *Decis.* 104. Ubi refert, per magnam curiam ita judicatum, & in regio consilio Neapolitano comprobatum Mynsing. *obs.* 8. *nu.* 5. *& seqq. cent.* 5. Matth. de Afflict. *Decis.* 265. *n.* 72. Regner. Sixtin. *consil. Marp.* 8. *n.* 113. *vol.* 3. Geil. *l. obs.* 17. *n.* 2. Hieronym. Treutler. *Disput.* 3. *thes.* 12. *lit. c. vol.* 1. Unde illud laudabile curiæ Parisianæ promanavit edictum: *Le Seigneur, qui abusè de sa justicè, en doit estre prive!* hoc est: abutens imperio privator. Papon. *lib.* 13. *Arrest. tit.* 2. *arrest.* 5. *& lib.* 23. *tit.* 5. *arrest.* 1. Johan. Gall. *Quæst.* 340. Zachar. Viet. *de Exemption. concl.* 14. Quia expedit reipublicæ, ne quis jure & re sua malè utatur, *inquit Sacratiss. Imperat.* Justinianus *in* §. 2. *Instit. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Et privilegium omninò meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, *inquit* Gregor. *in cap. Privilegium*, 11. *quæst.* 3. *cap. plerunque, ibid:* Qui suæ voluntatis motus, non autem causarum sequitur merita, ipse potestate sua se privat. *d. cauf.* 11. *q.* 3. Et summos etiam Principes & Reges propter sævitiam & injustitiam regnis & imperio exutos, tàm sacra quàm profana testatur historia. Cujus rei habemus exemplum in Rehabeam. 2. Chronic. *cap.* 10. Syracid. *cap.* 47. *v.* 28. In Athalia, 2. Reg. *cap.* 11. *cum similibus.* Hac occasione Tarquinium, Neronem, Wenceslaum & alios imperio Romano privatos, expeditum est. Ita etiam aliquando in regno Angliæ accidisse testatur Frossard. *lib.* 1. *histor. Gall.* Et de Rege Neapolitano refert memorabile exemplum Cominæ *lib.* 1. *de Bell. Neapolit.* 858

Pro Negativa autem sententia facit, † quod Jurisdictio Collegio & Ecclesiæ competens, proter abusum quorundam de Collegio, ipsi Ecclesiæ adimi non possit. *cap. delictum de reg. jur. in* 6. *gl. in cap. placuit*, 26. *q.* 3. Felin. *in cap. ad Apostolicam, n.* 2. *de Simon. Dd. in l. jubemus nullam, C. de SS. Eccles.* Cæsar. Contard. *in tract. L. diffamari, cap.* 3. *n.* 38. *& seq.* Ubi concludit in simili, quòd in materia L. diffamari, respectu juris prælati diffamantis, ei rectè imponatur silentium, illæso remanente jure Ecclesiæ, *per tradita Roman. consil.* 369. *incip. circa primum. col. fin. Faciunt tradita* Andr. Geil. *de Arrest. Imper. cap.* 10. *n.* 24. Hieronym. Schurff. *consil.* 55. *cent.* 3. Et quæ supra in resolutione quintæ Quæstionis deduximus. 859

860 Deinde ut ad privationem † procedi possit, necesse est, ut præcedat superioris monitio, quâ judex monetur ut abasperitate desistat, quod si facere cesset, tunc demum privatur. *per tradita* Andr. Geil. *d. obs.* 17. *sub n.* 4. ubi dicit ita in praxi observari. Bernhard. Grævæ. *concluf.* 17. *considerat.* 1. *lib.* 1. Sed in nostro casu talis monitio nulla præcessit. Possent tamen Domini Consulentes apud superiorem,

861 præter annullationem † ad mulctam agere fisco applicãdam propter excessum istum valdè irregularem, *per text.* In P. H. O. Caroli V. *artic.* 1. *ibi:* **In dem allem eine jede Oberkeit möglichen fleiß anwenden soll/ damit die Peinlichen Gericht zum besten verordnet/ vnd niemand Vnrecht geschehe/ als dann zu diesen grossen Sachen/ welche deß Menschen Ehr/ Leib/ Leben vnd Guth belangen/ tapffer vnd woll bedachter fleiß gehörig. Darumb dann in solcher vberfahrung/ niemand mit Rechtmässigem Vorträglichem grund seine verlassung vnd hinlässigkeit/ entschüldigen mag/ sondern billich derhalben/ vermög dieser Vnser Ordnung gestrafft/ das also alle Oberkeit so Peinlich Gericht haben/ hiemit Ernstlich gewarnet sein sollen.**

862 Possunt † item damna, expensas & interesse petere sibi adjudicari, *arg. art.* 20. *Ordinat. Crim.* Caroli V. Bald. *in l. sancimus, C. de judic. & in rubr. C. de pœn. jud. qui malè judic.* Paris. de Put. *in tr. de Syndicat. §. inquisitio, vers. Iudici faciliter non permittitur inquirere, &c. n.* 9. *&* 10. Rob. Marant. *in spec. part. tit. de inquisit. n.* 21. *&* 31. *in fin.*

Salvo semper cujusvis rectiùs sentientis judicio.

FINIS.